

## Loci memoriales zur lateinischen Syntax aus Dichtern. *Syntaxis verbi.*

### Vom Gebrauch der Tempora.

Praesens (§ 239.)

**1.** u. **2.** Ad te confugio et supplex tua numina posco. Verg. Aen. I. 666.

Carminibus quaero miserarum oblia rerum. Ov. Trist. V. 7. 67.

Non ego ventosae plebis suffragia venor. Hor. E. I. 19. 37.

Quocumque adspicio, nihil est, nisi pontus et aer. Ov. Trist. I. 2. 23.

Qui venit hic fluctus, fluctus supereminet omnes:

Posterior nono est undecimoque prior. Ov. Trist. I. 2. 49 u. 50.

Quid moror et variis onero tua pectora causis? Ov. Fast. III. 249.

Iam vigilo, vigilantque mei sine fine dolores. Ov. ex Ponto I. 10. 23.

Aret ager: vitio moriens sitit aeris herba. Verg. Ecl. VII. 57.

Nix iacet et iactam nec sol pluviae resolvunt,

Indurat boreas perpetuamque facit. Ov. Trist. III. 10. 13 u. 14.

Vela cadunt, remis insurgimus; haud mora, nautae

Adnixi torquent spumas et caerulea verrunt. Verg. Aen. III. 207 u. 208.

Stat sonipes ac frena ferox spumantia mandit. Verg. Aen. IV. 135.

Vix duo tresve mihi de tot superstis amici. Ov. Trist. I. 5. 33.

Prataque pubescunt variorum flore colorum:

Indocilique loquax gutture vernal avis. Ov. Trist. III. 12. 7. u. 8.

Interea magno misceri murmure caelum

Incipit; insequitur commixta grandine nimbus. Verg. Aen. IV. 160 u. 161.

Nauticus exoritur vario certamine clamor. Verg. Aen. III. 128.

At te poena manet, ni desinis esse superba. Tib. I. 8. 77.

Illi dura quies oculos et ferreus urget

Somnus; in aeternam clauduntur lumina noctem. Verg. Aen. X. 745 u. 746.

Magnus ab integro saeclorum nascitur ordo. Verg. Ecl. IV. 5.

Illi inter sese magna vi bracchia tollunt

In numerum versantque tenaci forcipe massam. Verg. Aen. VIII. 452 u. 453.

Magnum iter adscendo, sed dat mihi gloria vires.

Non iuvat e facilis lecta corona iugo. Prop. IV. 10. 3 u. 4.

Corripis, ut debes, stulti peccata sodalis,

Et mala me meritis ferre minora doces. Ov. ex Ponto. II. 6. 5 u. 6.

Tu nidum servas, ego laudo ruris amoeni  
Rivos et musco circumlita saxa nemusque. Hor. E. I. 10. 6 u. 7.  
Nec cito desisto nec temere incipio. Prop. II. 20. 36.  
Hos successus alit: possunt, quia posse videntur. Verg. Aen. V. 231.  
Iam violas puerique legunt hilaresque puellae. Ov. Trist. III. 12. 5.  
Gaudia non remanent, sed fugitiva volant. Mart. Ep. I. 15. 8.  
Fert tamen, ut debet, casus patienter amaros,  
More nec indomiti frena recusat equi. Ov. Trist. V. 4. 15 u. 16.  
Litora nativis praelucent picta lapillis,  
Et volucres nulla dulcius arte canunt. Prop. I. 2. 13 u. 14.  
Poma pater Pelopis praesentia quaerit et idem  
Semper eget, liquidis semper abundat aquis. Ov. Ibis. 177 u. 178.  
Parvum parva decent: mihi iam non regia Roma,  
Sed vacuum Tibur placet aut imbelli Tarentum. Hor. E. I. 7. 44 u. 45.  
Sic mea perpetuis liquefiunt pectora curis,  
Ignibus admotis ut nova cera solet. Ov. ex Ponto. I. 2. 57 u. 58.  
Et iam summa procul villarum culmina fumant  
Maioresque cadunt altis de montibus umbrae. Verg. Ecl. I. 83 u. 84.  
Et iam quarta canit venturam bucina lucem  
Ipsaque in Oceanum sidera lapsa cadunt. Prop. IV. 4. 63 u. 64.  
Non tellus eadem parit omnia, vitibus illa  
Convenit, haec oleis, hac bene farra virent. Ov. Ars. Am. I. 757 u. 758.  
Poma dat auctumnus, formosa est messibus aetas,  
Ver praebet flores; igne levatur hiems. Ov. R. A. 187.  
Carmina proveniunt animo deducta sereno:  
Nubila sunt subitis tempora nostra malis. Ov. Trist. I. 1. 38. u. 40.  
Vivimus assiduis expertes pacis in armis. Ov. ex. Ponto I. 8. 5.  
Horrea formicæ tendunt in inania nunquam. Ov. Trist. I. 9. 9.  
Terra salutares herbas eademque nocentes,  
Nutrit et urticae proxima saepe rosa est. Ov. R. Am. 45 u. 46.  
Ad multas lupa tendit oves, praedetur ut unam;  
Et Iovis in multas devolat ales aves. Ov. Ars. Am. III. 419 u. 420.  
Non manet ulla sui similis res: omnia migrant,  
Omnia commutat natura et vertere cogit. Lucr. V. 828 u. 829.  
Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,  
Pectora mollescunt asperitasque fugit. Ov. ex Ponto. I. 6. 7 u. 8.  
Tu recte vivis, si curas esse, quod audis. Hor. E. I. 16. 17.  
Spes etiam valida solatur compede vincetum,  
Crura sonant ferro: sed canit inter opus. Tib. II. 6. 25 u. 26.  
Stultorum incurata pudor malus ulcera celat. Hor. E. I. 16. 24.  
Membra reformidant mollem quoque saucia tactum:  
Vanaque sollicitis incutit umbra metum. Ov. ex Ponto. II. 7. 13. u. 14.  
Fervet avaritia miseroque cupidine pectus. Hor. E. I. 1. 33.  
Non habet eventus sordida praeda bonos. Ov. Amor. I. 10. 48.  
Nunquam sanantur deformis vulnera famae. Anth. Lat. 716. 5. (Riese).  
Maxima de nihilo nascitur historia. Prop. II. 1. 16.  
Labitur occulte fallitque volubilis aetas,  
Ut celer admissis labitur amnis aquis. Ov. Amor. I. 8. 49 u. 50.

Quod refugit, multi cupiunt, odere quod instat. Ov. Ars Am. I. 717.

Nunc aurum et purpura curis

Excent hominum vitam belloque fatigant. Luer. V. 1422 u. 1423.

Quondam etiam viciis redit in praecordia virtus. Verg. Aen. II. 367.

Omnia mortali mutantur lege creata. Man. Astr. I. 515.

Fallitur augurio spes bona saepe suo. Ov. Her. XVI. 234.

Otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis,

Immodicus contra carpit utrumque labor. Ov. ex Ponto. I. 4. 21 u. 22.

Non tantum calamis, sed cantu fallitur ales. Mart. Ep. XIV. 218. 1.

Scribentem iuvat ipse favor minuitque laborem,

Cumque suo crescens pectore fervet opus. Ov. ex Ponto III. 9. 21 u. 22.

Scriptorum chorus omnis amat nemus et fugit urbes. Hor. E. II. 2. 77.

Carmina secessum scribentis et otia quaerunt. Ov. Trist. I. 1. 41.

Alta cadunt odiis, parva extolluntur amore. Anth. Lat. 716. 21 (Riese).

Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,

Rectorem dubiae navita puppis amat. Ov. ex Ponto II. 5. 61 u. 62.

Omne supervacuum pleno de pectore manat. Hor. ad Pis. 337.

Pauperiorque bonis quisque est, quo plura requirit

Nec quod habet numerat, tantum quod non habet optat. Man. Astr. IV. 6 u. 7.

Non semper sacras reddunt oracula sortes,

Ipsaque non omni tempore fana patent. Ov. ex Ponto III. 1. 131 u. 132.

Tempore Poenorū compescitur ira leonum. Ov. Trist. IV. 6. 5.

Iam veniunt anni fragiles et inertior aetas,

Inficit et nigras alba senecta comas. Ov. Trist. IV. 8. 3 u. 2.

Credita non semper sulci cum fenore reddunt,

Nec semper dubias adiuvat aura rates. Ov. Ars Am. II. 513 u. 514.

Flore semel laeso pereunt viaeque fabaeque. Ov. Fast. V. 267.

Conteritur ferrum, silices tenuantur ab usu. Ov. Ars Am. III. 91.

Denique non parvas animo dat gloria vires,

Et fecunda facit pectora laudis amor. Ov. Trist. V. 12. 37 u. 38.

Excitat auditor studium laudataque virtus

Crescit et immensus gloria calcar habet. Ov. ex. Ponto IV. 2. 32.

Quam temere in nosmet legem sancimus iniquam! Hor. S. I. 2. 67.

Non bene conducti vendunt periuria testes. Ov. Amor. I. 10. 37.

Flumina pauca vides de magnis fontibus orta,

Plurima collectis multiplicantur aquis. Ov. R. A. 97 u. 98.

Explorant adversa viros perque aspera duro

Nititur ad laudem virtus interrita clivo. Sil. Ital. Pun. IV. 605 u. 606.

Confiteor facere hoc annos, sed et altera causa est:

Anxietas animi continuusque labor. Ov. ex Ponto I. 4. 7 u. 8.

Nil sibi cum pelago dicit fore naufragus undis,

Et dicit remos, qua modo navit aqua. Ov. ex Ponto I. 5. 39 u. 40.

Aprilē memorant ab aperto tempore dictum. Ov. Fast. IV. 89.

Orpheus detinuisse feras et concita dicunt

Flumina Threicia sustinuisse lyra. Prop. III. 2. 1 u. 2.

Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt. Hor. S. I. 2. 24.

Ilie, ut perhibent, aut intempesta silet nox,

Semper et obtenta densantur nocte tenebrae. Verg. Georg. I. 247 u. 248.

Perfectum (§ 240).

**1.** Vixi et quem dederat cursum fortuna peregi. Verg. Aen. IV. 653.

Ius anceps novi, causas defendere possum. Hor. S. II. 5. 34.

Sirenum voces et Circae pocula nosti. Hor. E. I. 2. 33.

Scripta ferunt annos, scriptis Agamemnona nosti,

Et quisquis contra vel simul arma tulit. Ov. ex Ponto IV. 8. 51 u. 52.

Nox abiit oriturque Aurora. Parilia poscor. Ov. Fast. IV. 721.

Martis Romani festae venere Kalendae. Tib. III. 1. 1.

Magni saepe duces, magni cecidere tyranni,

Et Thebae steterunt, altaque Troia fuit. Prop. II. 8. 9 u. 10.

Clara fuit Sparte, magnae viguere Mycenae,

Vile solum Sparte est, altae cecidere Mycenae. Ov. M. XV. 426 u. 427.

Quod petiti spernit, repetit quod nuper omisit. Hor. E. I. 1. 98.

Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui

Semper in augenda festinat et obruitur re. Hor. E. I. 16. 67 u. 68.

Omnia tecum una perierunt gaudia nostra. Catull. 65. 11.

Nec revocare potes, qui perierte, dies. Auson. Epigr. XIII. 4.

Ipse mihi videor iam dedicisse Latine:

Nam didici Getice Sarmaticaque loqui. Ov. Trist. V. 12. 57 u. 58.

Iamque opus exegi, quod nec Iovis ira nec ignis

Nec poterit ferrum nec edax abolere vetustas. Ov. M. XV. 871 u. 872.

Exegi monumentum aere perennius. Hor. Od. III. 30. 1.

Tot mala sum passus, quot in aethere sidera lucent. Ov. Trist. I. 5. 47.

Quem vero arripuit, tenet occiditque legendu

Non missura cutem nisi plena crux hirudo. Hor. ad Pis. 475 u. 476.

Femina, quae nostris errans in finibus urbem

Exiguam pretio posuit, cui litus arandum

Cuique loci leges dedimus, conubia nostra

Reppulit ac dominum Aenean in regna recepit. Verg. Aen. IV. 211—214.

Multa dies varique labor mutabilis aevi

Rettulit in melius; multos alterna revisens

Lusit et in solido rursus Fortuna locavit. Verg. Aen. XI. 425—427.

Vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddit:

Venit summa dies et ineluctabile tempus

Dardaniae. Fui mus Troes, fuit Ilium et ingens

Gloria Teucrorum, feras omnia Iuppiter Argos

Transtulit; incensa Danai dominantur in urbe. Verg. Aen. II. 323—327.

Filium unicum adolescentulum

Habeo, ah, quid dixi? habere me? immo habui, Chreme. Ter. Heaut. I. 1. 41 u. 42.

Sanguine placastis ventos et virgine caesa,

Cum primum Iliacas, Danai, venistis ad oras. Verg. Aen. II. 116 u. 117.

---

**2.** Egressum magna me exceptit Aricia Roma. Hor. S. I. 5. 1.

Pavit et Admeti tauros formosus Apollo. Tib. II. 3. 11.

Adnuit et totum nutu tremefecit Olympum. Verg. Aen. IV. 106.

Pulsus Aristides patria Lacedaemonia fugit. Ov. ex Ponto I. 3. 71.

Pirithoum Theseus Stygias comitavit ad undas. Ov. ex Ponto II. 3. 43.  
Tum mibi caeruleus supra caput adstitit imber  
Noctem hiememque ferens et inhorruit unda tenebris. Verg. Aen. III. 194 u. 195.  
Blanda quies furtim victis obrepdit ocellis. Ov. Fast. III. 19.  
Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis  
    Pocula de facili composuit luto. Tib. I. 1. 39 u. 40.  
At me tum primum saevus circumstetit horror;  
Obstipui, subiit cari genitoris imago. Verg. Aen. II. 559 u. 560.  
Irim de caelo misit Saturnia Iuno. Verg. Aen. IX. 2.  
Hanc deus et melior litem natura diremit.  
Nam caelo terras et terris abscedit undas,  
Et liquidam spiso secrevit ab aere caelum. Ov. M. I. 21—23.  
Obstipui, steteruntque comae et vox faucibus haesit. Verg. Aen. II. 774.  
Carminibus Circe socios mutavit Ulix. Verg. Aen. VIII. 70.  
Ad cenam nuper Varus me forte vocavit,  
    Ornatus dives, parvula cena fuit.  
Vieta racemifero lyncas dedit India Baccho. Ov. M. XV. 413.  
Prima Ceres unco glebam dimovit aratro,  
Prima dedit fruges alimentaque mitia terris,  
Prima dedit leges: Cereris sunt omnia munus. Ov. M. V. 341—343.  
Maius apud Troiam forti quid habemus Achille?  
    Dardanii lacrimas non tulit ille senis. Ov. Trist. III. 5. 37 u. 38.  
Primus aratra manu sollerti fecit Osiris,  
Primus inexpertae commisit semina terrae,  
Hic docuit teneram palis adiungere vitem. Tib. I. 7. 29. 31. 33.  
Inventa secuit qui primus nave profundum,  
Tranquillis primum trepidus se credit undis. Claud. in libr. I. de raptu Proserpinæ praef. 1 u. 5.  
Dixit et in mensam laticum libavit honorem  
Primaque, libato, summo tenus attigit ore:  
Tum Bitiae dedit increpitans, ille impiger hausit  
Spumantem pateram et pleno se proluit auro. Verg. Aen. I. 736—739.  
Iuppiter ipse levi vectus per inania curru  
Adfuit et caelo vicinum liquit Olympum. Tib. IV. 1. 130 u. 131.  
Sic fatus validis ingentem viribus hastam  
In latus inque feri curvam compagibus alvum  
Contorsit. Stetit illa tremens uteroque recusso  
Insonuere cavae gemitumque dedere cavernae. Verg. Aen. II. 50—53.  
Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit urbem. Verg. Aen. VIII. 357.  
Constitit hic, arcumque manu celaresque sagittas  
Corripuit, fidus quae tela gerebat Achates. Verg. Aen. I. 187 u. 188.  
Claudius a Rheno traiectos arcuit hostes. Prop. IV. 10. 39.  
Naufragus interiit. Vidi agnovique, manusque  
Ad discedentem cupiens retinere tetendi. Ov. M. XI. 686 u. 687.  
Picus in Ausoniis, proles Saturnia, terris  
Rex fuit, utilium bello studiosus equorum. Ov. M. XIV. 320 u. 321.  
Dixit et avertens rosea cervice refulsit,  
    Ambrosiaeque comae divinum vertice odorem  
Spiravere; pedes vestis defluxit ad imos. Verg. Aen. I. 402—404.

Concidit ac multo vitam cum sanguine fudit. Verg. Aen. II. 532.  
At pater Anchises oculos ad sidera laetus  
Extalit et caelo palmas cum voce tetendit. Verg. Aen. II. 687 u. 688.  
Sic fatus meritos aris mactavit honores. Verg. Aen. III. 118.  
Imperio Iovis hue venio, qui classibus ignem  
Depulit, et caelo tandem miseratus ab alto est. Verg. V. 726 u. 727.  
Dixit et in caelum paribus se sustulit alis  
Ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum. Verg. Aen. IX. 14 u. 15.  
Saepe duces trepidis petiere oracula rebus,  
Venit et a templis irrita turba domum. Tib. II. 3. 21 u. 22.  
Romae dulce diu fuit et sollemne reclusa  
Mane domo vigilare, clienti promere iura. Hor. E. II. 1. 103 u. 104.

### Imperfectum (§ 241).

I. Mos erat antiquus niveis atrisque lapillis,  
His damnare reos, illis absolvere culpa. Ov. M. XV. 41 und 42.  
His neque mos neque cultus erat nec iungere tauros  
Aut componere opes norant aut parcere parto,  
Sed rami atque asper victu venatus alebat. Verg. Aen. VIII. 316—318.  
Galli per dumos aderant arcemque tenebant,  
Defensi tenebris et dono noctis opacae. Verg. Aen. VIII. 657 u. 658.  
Ecce gubernator sese Palinurus agebat,  
Qui Libyco nuper cursu, dum sidera servat,  
Exciderat puppi, mediis effusus in undis. Verg. Aen. III. 716—718.  
Sic pater Aeneas intentis omnibus unus  
Fata renarrabat divum cursusque docebat:  
Conticuit tandem factoque hic fine quievit Verg. Aen. III. 716—718.  
Talia perstabat memorans fixusque manebat. Verg. Aen. II. 650.  
Iamque rubescet radiis mare et aethere ab alto  
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis:  
Cum venti posuere omnisque repente resedit  
Flatus et in lento luctantur marmore tonsae. Verg. Aen. VII. 25—28.  
Ibam forte via sacra, sicut meus est mos  
Nescio quid meditans nugaram: totus in illis:  
Accurrit quidam notus mihi nomine tantum. Hor. S. I. 9. 1—3.  
Ille suam laetus patriam victorque petebat:  
A patria fugio victus et exsus ego. Ov. Trist. I. 5. 65 u. 66.  
Talia vociferans gemitu tectum omne replebat,  
Cum subitum dictaque oritur mirabile monstrum. Verg. Aen. II. 679 u. 680.  
Interea classem velis aptare iubebat  
Anchises, fieret vento mora ne qua ferenti. Verg. Aen. III. 472 u. 473.  
Penelope iuvenum vires tentabat in arcu. Ov. Amor. I. 8. 47.  
Interea ad templum non aequae Palladis ibant  
Crinibus Iliades passis peplumque ferebant  
Suppliciter tristes et tunsae pectora palmis;  
Diva solo fixos oculos aversa tenebat. Verg. Aen. I. 479—482.

Corripuere viam interea, qua semita monstrat.  
Iamque adscendebant collem, qui plurimus urbi  
Imminet adversaque adspectat desper arces. Verg. Aen. I. 418—420.  
Tolle moras; semper nocuit differre paratis. Luc. I. 282.

**2.** Tellurem porco, Silvanum lacte piabant. Hor. E. II. 1. 143.  
Bucina cogebat priscos ad verba Quirites,  
Centum illi in prato saepe senatus erat. Prop. IV. 1. 14 u. 15.  
Iura dabat populis posito modo praetor aratro,  
Et levis argenti lamina crimen erat. Ov. Fast. I. 207 u. 208.  
Parva saginati lustrabant compita porci,  
Pastor et ad calamos exta litabat ovis. Prop. IV. 1. 23 u. 24.  
Frondibus ornabant, quae nunc Capitolia gemmis,  
Pasebatque suas ipse senator oves. Ov. Fast. I. 203 u. 204.  
Quem taurum metuis, vitulum mulcere solebas. Ov. Ars Am. II. 341.  
Qui bene pugnabat, Romanam noverat artem,  
Mittere qui poterat pila, disertus erat. Ov. Fast. III. 103 u. 104.  
Farra tamen veteres iaciebant, farra metebant,  
Primitias Cereri farra resecta dabant. Ov. Fast. II. 519 u. 520.  
Pertica suspensos portabat longo maniplos,  
Unde manipularis nomina miles habet. Ov. Fast. III. 117 u. 118.  
Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,  
Cantabat maestis tibia funeribus. Ov. Fast. VI. 659 u. 660.

**3.** Arebant herbae et victum seges aegra negabat. Verg. Aen. III. 142.  
Adflictus vitam in tenebris luctuque trahebam,  
Et casum insontis mecum indignabar amici. Verg. Aen. II. 92 u. 93.  
Exemplaque nivis, quam mollit aquaticus auster,  
Gutta per attonitas ibat oborta genas. Ov. ex Ponto II. 3. 89 u. 90.  
Ante mare et terras et, quod tegit omnia, caelum,  
Unus erat toto naturae vultus in orbe,  
Quem dixere chaos; rudis indigestaque moles. Ov. M. I. 5—7.  
Nox erat, et placidum carpebant fessa soporem  
Corpora per terras, silvaeque et saeva quierant  
Aequora, cum medio volvuntur sidera lapsu. Verg. Aen. IV. 522—524.  
Sic ego currebam, sic me ferus ille premebat,  
Ut fugere accipitrem penna trepidante columbae,  
Ut solet accipiter trepidas urgere columbas. Ov. M. V. 604—606.  
Tristis erat domus, et tristes sua pensa ministrae  
Carpebant, medio nebat et ipsa loco. Prop. III. 6. 15 u. 16.  
Iamque quiescebant voces hominumque canumque  
Lunaque nocturnos alta regebat equos. Ov. Trist. I. 3. 27 u. 28.  
Crinis erat simplex, nodum collectus in unum:  
Ex humero pendens resonabat eburnea laevo  
Telorum custos, arcum quoque laeva tenebat. Ov. M. VIII. 319—321.  
Intonsi crines longa cervice fluebant,  
Stillabat Syrio myrtle rore coma. Tib. III. 4. 27 u. 28.

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat:  
Inde suis vicibus capiebant bina quietem,  
Cetera servabant atque in statione manebant. Ov. M. I. 625—627.  
Regia solis erat, sublimibus alta columnis,  
Clara micante auro flamasque imitante pyropo,  
Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebant,  
Argenti bifores radiabant lumine valvae. Ov. M. II. 1—4.  
Collis erat collemque super planissima campi  
Area, quam viridem faciebant graminis herbae. Ov. M. X. 86 u. 87.  
Ingens cervus erat, lateque patentibus altas  
Ipse suo capiti praebebat cornibus umbras.  
Cornua fulgebant auro, demissaque in armos  
Pendebant tereti gemmata monilia collo. Ov. M. X. 110—113.  
Obstipuit simul ipse; simul percussus Achates  
Laetitia metuque; avidi coniungere dextras  
Ardebant; sed res animos incognita turbat. Verg. Aen. I. 513—515.  
Ecce trahebatur passis Priameia virgo  
Crinibus a templo Cassandra adytisque Minervae,  
Ad caelum tendens ardentia lumina frustra,  
Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.  
Non tulit hanc speciem furiata mente Coroebus. Verg. Aen. II. 403—407.  
Laetitia ludisque viae plausuque fremebant,  
Ante aras terram caesi stravere invenci. Verg. Aen. VIII. 717 u. 719.

Fessus in herbosa posuit sua corpora terra  
Cervus et arborea frigus ducebat ab umbra. Ov. M. X. 128 u. 129.  
Conticuere omnes intentique ora tenebant. Verg. Aen. II. 1.  
Prima fuit rerum confusa sine ordine moles  
Unaque erat facies sidera, terra, fretum. Ov. Ars. Am. II. 467 u. 468.  
Arma tuli quondam et, memini, laudabar in illis. Prop. IV. 2. 27.  
Talia tentabat, sicut tentaverat ante,  
Vixque dedit victas utilitate manus. Ov. Trist. I. 3. 87 u. 88.  
Parvus erat manibusque duos Tirynthius angues  
Pressit et in cunis iam Iove dignus erat. Ov. Ars. Am. I. 187 u. 188.  
Mulciber in Troiam, pro Troia stabat Apollo:  
Aequa Venus Teucris, Pallas iniqua fuit. Ov. Trist. I. 2. 5 u. 6.  
At pater infelix nec iam pater, Icare, dixit,  
Icare, dixit, ubi es? qua te regione requiram?  
Icare, dicebat, pennas adspexit in undis. Ov. M. VIII. 231—233.  
Dixit, et extemplo, neque enim responsa dabantur  
Fida satis, sensit medios delapsus in hostes. Verg. Aen. II. 376 u. 377.

Praesens historicum und Infinitivus historicus. (§ 242.)

- I. Altera maesta silet, frustra vocat altera matrem,  
Haec queritur, stupet haec, haec manet, illa fugit. Ov. Ars Am. I. 124 u. 125.

Vadimus immixti Danais haud numine nostro,  
Multaque per caecam congressi proelia noctem  
Conserimus, multos Danaum demittimus Oreo.  
Diffugiunt alii ad naves et litora cursu  
Fida petunt, pars ingentem formidine turpi  
Scandunt rursus equum et nota conduntur in alvo. Verg. Aen. II. 396—401.  
Idem omnes simul ardor habet, rapiuntque ruuntque;  
Litora deseruere; latet sub classibus aequor;  
Adnixi torquent spumas et caerulea verrunt. Verg. Aen. IV. 581—583.  
Carpendi studio paulatim longius itur. Ov. Fast. IV. 443.  
Hinc ferro accingor rursus clipeoque sinistram  
Insertabam aptans meque extra tecta ferebam. Verg. Aen. II. 671 u. 672.  
Arma diu senior desueta trementibus aevo  
Circumdat neququam humeris et inutile ferrum  
Cingitur ac densos fertur moriturus in hostes. Verg. Aen. II. 509—511.  
Haerent parietibus scalae, postesque sub ipsis  
Nituntur gradibus clipeosque ad tela sinistris  
Protecti obiciunt; prensant fastigia dextris. Verg. Aen. II. 442—444.  
Inde, ubi prima fides pelago placataque venti  
Dant maria et lenis crepitans vocat auster in altum,  
Deducunt socii naves et litora complent. Verg. Aen. III. 69—71.  
Invadunt Martem clipeis atque aere sonoro.  
Dat gemitum tellus; tum crebros ensibus ictus  
Congeminant; fors et virtus miscentur in unum. Verg. Aen. XII. 712—714.  
Milia tum pransi tria repimus atque subimus  
Impositum saxis late candardibus Anxur. Hor. S. I. 5. 25 u. 26.  
Ardet amans Dido traxitque per ossa furorem. Verg. Aen. IV. 101.  
Huc ubi delati portus intravimus, ecce  
Laeta boum passim campis armenta videmus. Verg. Aen. III. 219 u. 220.  
Hinc mihi prima mali labes, hinc semper Ulixes  
Criminibus terrere novis, hinc spargere voces  
In vulgum ambigas et quaerere conscius arma. Verg. Aen. II. 97—99.  
Hinc exaudiri gemitus iraeque leonum  
Vincla recusantum et sera sub nocte rudentum  
Saetigerique sues atque in praesepibus ursi  
Saevire ac formae magnorum ululare luporum. Verg. Aen. VII. 15—28.  
Tum pueri nautis, pueris convicia nautae  
Ingerere: huc appelle, trecentos inseris; ohe! Hor. S. I. 5. 11 u. 12.

---

Vix tandem, magnis Ithaci clamoribus actus,  
Composito rumpit vocem et me destinat aerae.  
Adsensere omnes et quae sibi quisque timebat,  
Unius in miseri exitium conversa tulere.  
Iamque dies infanda aderat; mihi sacra parari  
Et salsa fruges et circum tempora vittae. Verg. Aen. II. 128—133.

---

Plusquamperfectum. (§ 243.)

Ingenium quondam fuerat pretiosius auro,  
At nunc barbaria est grandis habere nihil. Ov. Amor. III. 8. 3 u. 4.  
Cura deum fuerant olim regumque poetae,  
Praemiaque antiqui magna tulere chorii. Ov. Ars Am. III. 405 u. 406.  
Non acies, non ira fuit, non bella; nec ensem  
Immiti saevus duxerat arte faber. Tib. I. 3. 47 u. 48.  
Silva fuit late dumis atque ilice nigra  
Horrida, quam densi complerant undique sentes. Verg. Aen. IX. 381 u. 382.  
Vidi ego pampineis oneratam vitibus ulmum,  
Quae fuerat saevo fulmine tacta Iovis. Ov. Trist. II. 143 u. 144.  
Peccaram semel et totum sum pulsus in annum. Prop. III. 16. 9.  
Una dies Fabios ad bellum miserat omnes:  
Ad bellum missos perdidit una dies. Ov. Fast. II. 235 u. 236.  
Saepe ego tentavi curas depellere vino:  
At dolor in lacrimas verterat omne merum. Tib. I. 5. 37 u. 38.  
Divitiis etiam multos et honoribus auctos  
Vidi, qui tulerant in caput arma tuum. Ov. Trist. II. 45 u. 46.  
Obruerat tumulos immensa licentia ponti,  
Pulsabantque novi montana cacumina fluctus. Ov. M. I. 309 u. 310.  
Desierant imbre, victoque aquilonibus austro  
Fusca repurgato fugiebant nubila caelo. Ov. M. V. 285 u. 286.  
Ille diu pavidus pariter cum mente colorem  
Perdiderat, gelidoque comae terrore rigebant. Ov. M. III. 101 u. 102.  
Id metuens solidis pomaria clauerat Atlas  
Moenibus et vasto dederat servanda draconi  
Arcebatque suis externos finibus omnes. Ov. M. IV. 646—648.  
Postera depulerat stellas aurora micantes:  
Conveniunt populi sacrum Mavortis in arvum. Ov. M. VII. 100 u. 101.  
Nuper erat medicus, nunc est vespillo Diaulus,  
Quod vespillo facit, fecerat et medicus. Mart. Ep. I. 47.  
Cumque suos manibus percusserat ille lacertos,  
Haec quoque reddebat sonitum plangoris eundem. Ov. M. III. 497 u. 498.  
Effugit ergo omnes veloxque cupidine leti  
Vertice Parnasi potitur. Miseratus Apollo,  
Cum se Daedalion saxo misisset ab alto,  
Facit avem et subitis pendentem sustulit alis. Ov. M. XI. 338—341.

Futurum I. und Futurum exactum. (§ 244).

- I. Aut ego perpetuo famam sine labo tenebo,  
Aut ego te potius quam tua dona sequar. Ov. Her. XVI. 69 u. 70.  
Tempore ducetur longo fortasse cicatrix,  
Horrent admotas vulnera cruda manus. Ov. ex Ponto I. 3. 15 u. 16.  
Servis regna dabunt, captivis fata triumphos. Iuv. VII. 201.

Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas:  
Nudus ad infernas, stulte, vehere rates. Prop. III. 5. 13 u. 14.

Nil ego non patiar: nunquam me iniuria mutat. Prop. II. 24. 39.

Quo semet est imbuta recens servabit odorem  
Testa diu. . . . . Hor. E. I. 2. 69 u. 70.

Si quid habent veri vatum praesagia, vivam. Ov. M. XV. 79.

Perferre obdura: dolor hic tibi proderit olim.  
Saepe tulit lassis sucus amarus opem. Ov. Amor. III. 11. 7 u. 8.

Non facile esuriens posita retinebere mensa,  
Et multam saliens incitat unda sitim. Ov. R. A. 631 u. 632.

Nunc, quoniam ista tibi placuit sententia, cedam. Prop. II. 9. 37.

Consilium nobis resque locusque dabunt. Ov. Amor. I. 4. 54.

O rus, quando ego te adspiciam, quandoque licebit,  
Nunc veterum libris, nunc somno et inertibus horis  
Ducere sollicitae iucunda oblivia vitae? Hor. S. II. 6. 60—63.

Victor cum victis pariter miscebitur umbris:  
Consule cum Mario, capte Iugurtha, sedes. Prop. III. 5. 15 u. 16.

Nec fera tempestas toto tamen horret in anno,  
Et tibi — crede mihi — tempora veris erunt. Ov. Fast. I. 495 u. 496.

Postmodo de stipula grandis acervus erit. Ov. Am. I. 8. 90.

Ut canis a corio nunquam absterrebitur uncto. Hor. S. II. 5. 83.

Nullas ad amissas ibit amicus opes. Ov. Trist. I. 9. 10.

Nec quae praeterit, iterum revocabitur unda:  
Nec quae praeterit, hora redire potest. Ov. Ars Am. III. 63.

Excudent alii spirantia mollius aera,  
Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus,  
Orabunt causas melius caelique meatus  
Desribent radio et surgentia sidera dicent:  
Tu regere imperio populos, Romane, memento;  
Hae tibi erunt artes; pacisque imponere morem,  
Parcere subiectis, et debellare superbos. Verg. Aen. VI. 848—854.

Quantum oculis, animo tam procul ibit amor. Prop. III. 21. 10.

Omnia Romanae cedent miracula terrae:  
Natura hic posuit, quidquid ubique fuit. Prop. III. 22. 17 u. 18.

Vos cinis exiguis gelidaeque iacebitis umbrae. Ov. M. VIII. 496.

Instabiles animos ludo prohibebitis inani. Verg. Georg. IV. 105.

Dum vires annique sinunt, tolerate labores:  
Iam veniet tacito curva senecta pede. Ov. Ars Am. II. 669 u. 670.

Venturae memores iam nunc estote senectae:  
Sic nullum vobis tempus abibit iners. Ov. Ars Am. III. 59 u. 60.

Altius egressus caelestia tecta cremabis,  
Inferius terras: medio tutissimus ibis. Ov. M. II. 136 u. 137.

Dicam: Troia cades et Troica Roma resurges;  
Et maris et terrae longa sepulcra canam. Prop. IV. 1. 87 u. 88.

2. Extremam hanc oro veniam, — miserere sororis —,  
Quam mihi cum dederis, cumulatam morte remittam. Verg. Aen. IV. 435 u. 436.

Haec quoque, cum iustos natura peregerit annos,  
Iuris erit vestri: Pro munere poscimus usum. Ov. M. X. 36 u. 37.  
Importunus amat laudari: donec 'ohe!' iam  
Ad caelum manibus sublatis dixerit, urge et  
Crescentem tumidis infla sermonibus utrem. Hor. S. II. 5. 96—98.

**3.** Odero, si potero, si non, invitus amabo. Ov. Amor. III. 11. 35.  
Si non proficient artes, veniemus ad arma. Ov. Her. XIX. 49.  
Tu si tardus eris, errabis, transiet aetas.  
Quam cito non segnis stat remeatque dies! Tib. I. 4. 27 u. 28.  
Virtus, fama, decus, divina humanaque pulchris  
Divitiis parent: quas qui construxerit, ille  
Clarus erit, fortis, iustus. Sapiensne? Etiam, et rex. Hor. S. II. 3. 95—97.  
At mihi quod vivo detraxerit invida turba,  
Post obitum duplici fenore reddet honos. Prop. III. 1. 22 u. 23.  
Dixerit insanum qui me, todidem audiet atque  
Respicere ignoto disset pendentia tergo. Hor. S. II. 3. 296 u. 297.  
Consultur Phoebus. Sors est ita redditia: Matri  
Qui dederit princeps oscula, vicit erit. Ov. Fast. II. 715 u. 716.  
Denique materiam, quam quis sibi finxerit ipse,  
Arbitrio variat multa poeta suo. Ov. ex Ponto III. 9. 47 u. 48.  
Grata superveniet, quae non sperabit hora. Hor. E. I. 4. 14.  
Non semper feriet, quodcumque minabitur arcus. Hor. ad Pis. 350.  
Ipse deus, simulatque volam, me solvet. Opinor,  
Hoc sentit: moriar; mors ultima linea rerum est. Hor. E. I. 16. 78 u. 79.  
Donec eris felix, multos numerabis amicos:  
Tempora si fuerint nubila, solus eris. Ov. Trist. I. 9. 5 u. 6.  
Quem referent Musae, vivet, dum robora tellus,  
Dum caelum stellas, dum vehet amnis aquas. Tib. I. 4. 65 u. 66.  
Scindentur vestes, gemmae frangentur et aurum,  
Carmina quam tribuent, fama perennis erit. Ov. Amor. I. 10. 61 u. 62.  
Ignoscunt, si quid peccaro stultus, amici,  
Inque vicem illorum patiar delicta libenter. Hor. S. I. 3. 140 u. 141.  
Si bene floruerint segetes, erit area dives. Ov. Fast. V. 227.  
Si rota defuerit, tu pede carpe diem. Ars Am. II. 230.  
Tunc igitur meriti morietur gratia vestri,  
Cum cinis absumpto corpore factus ero. Ov. ex Ponto III. 2. 27 u. 28.  
Accusator erit, qui verbum dixerit: hic est. Iuv. I. 161.  
Tu quamecumque Deus tibi fortunaverit horam,  
Grata sume manu, nec dulcia differ in annum. Hor. E. I. 11. 22 u. 23.  
Nostra sine auxilio fugiunt bona. Carpite florem,  
Qui, nisi carptus erit, turpiter ipse cadet. Ov. Ars Am. III. 79 u. 80.  
Cito rumpes arcum, semper si tensum habueris,  
At si laxaris, cum voles, erit utilis. Phaedr. III. 14. 10 u. 11.  
Qui me commorit, (melius non tangere, clamo),  
Flebit et insignis tota cantabitur urbe. Hor. S. II. 1. 45 u. 46.  
Si quis nunc mergos suaves edixerit assos,  
Parebit pravi docilis Romana juventus. Hor. S. II. 2. 51 u. 52.

Tempore qui longo steterit, male curret et inter  
Carceribus missos ultimus ibit equus. Ov. Trist. V. 12. 25 u. 26.  
Sordidus a tenui victu distabit Ofello  
Iudice: nam frusta vitium vitaveris illud,  
Si te alio pravum detorseris . . . . Hor. S. II. 2. 53—55.  
In verbis etiam tenuis cautusque serendis  
Dixeris egregie, notum si callida verbum  
Reddiderit iunctura novum . . . . Hor. ad Pis. 46—48.  
. . . . . Dum loquimur, fugerit invida  
Aetas; carpe diem, quam minimum credula postero. Hor. Od. I. 11. 7 u. 8.

---

§ 245.

- 1.** Dum petit infirmis nimium sublimia pennis  
Icarus, aequoreis nomina fecit aquis. Ov. Trist. I. 1. 89 u. 90.  
Dum spectant oculi laesos, laeduntur et ipsi. Ov. R. A. 615.  
Dum sibi, dum sociis redditum parat, aspera multa  
Pertulit, adversis rerum immersabilis undis. Hor. E. I. 2. 21 u. 22.
- 
- 2.** Ut rediit animus, pariter rediere dolores. Ov. Her. XIII. 29.  
Ut templi tetigere gradus, procumbit uterque  
Pronus humi, gelidoque pavens dedit oscula saxo. Ov. M. I. 375 u. 376.  
Ut vidit iuvenem, specie praesentis inarsit. Ov. M. VII. 83.  
Nuntius ut rediit, decussaque lilia dixit,  
Filius: „Agnosco iussa parentis“ ait. Ov. Fast. II. 707 u. 708.  
Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error. Verg. Ecl. VIII. 41.  
Ut primum cessit furor et rabida ora quierunt,  
Incipit Aeneas heros: Non ulla laborum,  
O virgo, nova mihi facies inopinave surgit;  
Omnia praecepi atque animo mecum ante peregi. Verg. Aen. VII. 102—105.  
Ut primum positis nugari Graecia bellis  
Coepit et in vitium fortuna labier aequa,  
Nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum. Hor. E. II. 1. 93—95.  
Nam dedit e specula custos ubi signa tumultus,  
Induimus trepida protinus arma manu. Ov. Trist. IV. 1. 75 u. 76.  
Paupertas omnes artes edocet, ubi quem attigit. Plaut. Stich. II. 1. 24.  
Vota movent superos: ubi portior aera recepit,  
Obserat herbosos lurida porta rogos. Prop. IV. 11. 7 u. 8.  
Haec ubi nubibus primum maturuit annis,  
Praeposito cunctis Laurenti tradita Pico est. Ov. M. XIV. 335—336.  
Sanguine placantis ventos et virgine caesa,  
Cum primum Iliacas, Danai, venistis ad oras. Verg. Aen. II. 116 u. 117.  
Cum semel infernas intrarunt funera leges,  
Non exorato stant adamante viae. Prop. IV. 11. 2 u. 3.  
Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas,  
Postquam est impransi corruptus voce magistri. Hor. S. II. 3. 256 u. 257.

Postquam exempta fames epulis mensaeque remotae,  
Amissos longo socios sermone requirunt. Verg. Aen. I. 216 u. 217.  
Talibus atque aliis postquam convivia dictis  
Implerunt, mensa somnum petiere remota. Ov. M. XIII. 675 u. 676.  
Dum iuvat et vultu ridet Fortuna sereno,  
Indelibatas cuncta sequuntur opes:  
At simul intonuit, fugiunt nec noscitur ulli,  
Agminibus comitum qui modo iunctus erat. Ov. Trist. I. 5. 27—30.  
Homo in periculum simulac venit callidus,  
Reperire effugium quaerit alterius malo. Phaedr. IV. 9. 1 u. 2.  
Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est,  
Quae simul intonuit, proxima quaeque fugat. Ov. ex Ponto II. 3. 23 u. 24.  
Quod simulac sensere, ruunt tritumque relinquunt  
Quadriugi spatium, nec quo prius, ordine currunt. Ov. M. II. 167 u. 168.  
Imploravit opes hominis, frenumque recepit;  
Sed postquam victo ridens discessit ab hoste,  
Non equitem dorso, non frenum depulit ore. Hor. E. I. 10. 36—38.

1. Vesper ubi e pastu vitulos ad tecta reducit,  
Considit scopulo mediis numerumque recenset. Verg. Georg. IV. 434 u. 436.  
Inde ubi prima fides pelago, placataque venti  
Dant maria et lenis crepitans vocat austri in altum,  
Deducunt socii naves et litora complent. Verg. Aen. III. 69—71.  
Postquam cuncta videt caelo constare sereno,  
Dat clarum e puppi signum; nos castra movemus,  
Tentamusque viam et velorum pandimus alas. Verg. Aen. III. 517—519.  
Alii simul delinquent, censores sumus. Phaedr. IV. 10. 5.  
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, aequora postquam  
Prospiciens genitor caeloque invictus aperto  
Flectit equos curruque volans dat lora secundo. Verg. Aen. I. 154—156.

2. Rursus ubi alma dies hebetarat sidera, natam  
Solis ab occasu solis quaerebat ad ortus. Ov. M. V. 444 u. 445.

3. Quis paria esse fere placuit peccata, laborant,  
Cum ventum ad verum est, sensus moresque repugnant  
Atque ipsa utilitas, iusti prope mater et aequi. Hor. S. I. 3. 96—98.  
Iratus cum ad se rediit, sibi tum irascitur. Publ. Syr. 271.  
Quocumque aspexi, nihil est nisi mortis imago. Ov. Trist. I. 11. 23.  
Quicumque amisit dignitatem pristinam,  
Ignavis etiam iocus est in casu gravi. Phaedr. I. 21. 1 u. 2.  
At Phaethon, rutilos flamma populante capillos,  
Fertur, ut interdum de caelo stella sereno  
Etsi non cecidit, potuit cecidisse videri. Ov. M. II. 319. 321 u. 322.  
Ludus enim genuit trepidum certamen et iram,  
Ira truces inimicitias et funebre bellum. Hor. E. I. 19. 48 u. 49.  
Qui studet optatam cursu contingere metam,  
Multa tulit fecitque puer, sudavit et alsit. Hor. ad Pis. 412 u. 413.

Non domus et fundus, non aeris acervus et auri  
Aegroto domini deduxit corpore febres,  
Non animo curas; valeat possessor oportet,  
Si comportatis rebus bene cogitat uti. Hor. E. I. 2. 46—49.  
Nulla fides unquam miseros elegit amicos. Luc. VIII. 538.  
Flamma recens parva sparsa resedit aqua. Ov. Her. XVII. 190.  
Longa dies homini docuit parere leones. Tib. I. 4. 17.  
Raro antecedentem scelestum  
Deseruit pede poena clando. Hor. Od. III. 2. 31 u. 32.

---

4. . . . . Simulac duraverit aetas  
Membra animumque tuum, nabis sine cortice. . . . Hor. S. I. 4. 119 u. 120.  
Sed iuremus in haec: simul imis saxa renarint  
Vadis levata, ne redire sit nefas. Hor. Epop. XVI. 25 u. 26.  
Post, ubi nona suos Aurora ostenderit ortus,  
Inferias Orphei Lethaea papavera mittes. Verg. Georg. IV. 544 u. 545.

---

5. Vis tamen illa mali postquam consumpserat omnem  
Materiam, deder atque gravi nova pabula morbo,  
Ipse suos artus lacero divellere morsu  
Coepit, et infelix minuendo corpus alebat. Ov. M. VIII. 875—878.  
Post ubi nona suos Aurora induxerat ortus,  
Inferias Orphei mittit, lucumque revisit. Verg. Georg. IV. 552 u. 553.

#### Consecutio temporum. (§ 246).

I. Ipse docet quid agam; fas est et ab hoste doceri. Ov. M. IV. 428.  
Quid possim videt ac novit me validius ipso. Hor. E. I. 9. 6.  
Nescis, quo valeat nummus, quem praebeat usum? Hor. S. I. 1. 73.  
Tu quid ego et populus tecum desideret, audi. Hor. ad Pis. 153.  
Tantum ne noceas, dum vis prodesse, videto. Ov. Trist. I. 1. 101.  
Qui saepe tractat aliorum secum necem,  
Ignorat, triste quid sibi fatum paret. Phaedr. app. II. 6. 12 u. 13.  
Tu legis et tota cantas mea carmina Roma:  
Sed nescis, quanti stet mihi talis amor. Mart. Ep. IV. 3 u. 4.  
Tu pueros somno fraudas tradisque magistris,  
Ut subeant tenerae verbera saeva manus. Ov. Amor. I. 13. 17 u. 18.  
Anulus ut fiat, primo colliditur aurum. Ov. Ars Am. III. 221.  
Spes facit, ut vivat fossor quoque compede vinctus,  
Liberaque a ferro crura futura putet. Ov. ex Ponto I. 6. 31 u. 32.  
Qui fit Maecenas, ut nemo, quam sibi sortem  
Seu ratio dederit seu fors obiecerit, illa  
Contentus vivat, laudet diversa sequentes. Hor. S. I. 1. 1—3.  
Posteraque in dubio est, fortunam quam vehat, aetas;  
Quidve ferat nobis casus, quive exitus instet. Lucr. III. 1098 u. 1099.

Inde precor supplex, ut nos in tuta releges,  
Ne sit cum patria pax quoque adempta mihi. Ov. Trist. II. 201 u. 202.  
Unde habeas, querit nemo, sed oportet habere. Iuv. XIV. 207.  
Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus,  
Ut capiant vitium, ni moveantur, aquae. Ov. ex Ponto I. 5. 5 u. 6.  
Seit bene venator, cervis ubi retia tendat,  
Scit bene, qua frendens valle moretur aper. Ov. Ars Am. I. 45 u. 46.  
Dic, ubi conveniam, die, qua te parte requiram:  
Quisquis ubique habitat, Maxime, nusquam habitat. Mart. E. VII. 73. 5 u. 6.  
Cur ita crediderim, nisi quid te detinet, audi. Hor. E. I. 2. 5.  
Non qui fuerimus, sed qui nunc simus, vide. Phaedr. app. I. 29. 10.  
Quis tamen exiguo elegos emiserit auctor,  
Grammatici certant et adhuc sub indice lis est. Hor. ad Pis. 73 u. 74.  
Non possum reticere, deae, qua me Allius in re  
Iuverit aut quantis iuverit officiis. Catull 68. 41 u. 42.  
Quae ducis Emathii fuerit clementia, Porus  
Dareique docent funeris exsequiae. Ov. Trist. III. 5. 39 u. 40.  
Saepe aliquid quaero verbum nomenque locumque  
Nec quisquam est, a quo certior esse queam. Ov. Trist. III. 14. 43 u. 44.  
Quo fortuna magis saevit, magis ipse resistis,  
Utque deceat, ne te vicerit illa, caves. Ov. ex Ponto II. 3. 51 u. 52.  
Seit quoque, cum perii, quis me deceperit error. Ov. Trist. IV. 1. 23.  
Et vos incertam, mortales, funeris horam  
Quaeratis et qua sit mors aditura via. Prop. II. 27. 1. u. 2.  
Saepe rogare soles, qualis sim, Prisce, futurus,  
Si fiam locuples simque repente potens. Mart. XII. 92. 1. u. 2.  
Non qui soletur, non qui labentia tarde  
Tempora narrando fallat, amicus adest. Ov. Trist. III. 3. 11 u. 12.

---

Iam satis est: ne me Crispini scrinia lippi  
Compilasse putas, verbum non amplius addam. Hor. S. I. 1. 120 u. 121.  
Munus et officium nil scribens ipse docebo,  
Unde parentur opes, quid alat formetque poetam;  
Quid deceat, quid non, quo virtus, quo ferat error. Hor. ad Pis. 306—308.  
Plurimum enim intererit, quibus artibus et quibus hunc tu  
Moribus instituas. Iuv. XIV. 73 u. 74.  
Omnia, Castor, emis: sic fiet, ut omnia vendas. Mart. Ep. VII. 98.  
Mors faciet certe, ne sim, cum venerit, exsul;  
Ne non peccarim, mors quoque non faciet. Ov. ex. Ponto I. 1. 65 u. 66.  
Tot tibi vae! misero venient talesque ruinae,  
Ut cogi in lacrimas me quoque posse putem. Ov. Ibis. 203 u. 204.  
Ne tamen iste metus somnos tibi rumpere possit,  
Non ultra, quam vis, officiosus ero. Ov. ex Ponto III. 6. 55 u. 56.  
Permittes ipsis expendere numinibus, quid  
Conveniat nobis rebusque sit utile nostris. Iuv. X. 347 u. 348.  
Quae mihi praestiteris, memini semperque tenebo. Mart. V. 52. 1.

---

- 2.** In medium discenda dabat coetusque docebat,  
Quid deus, unde nives, quae fulminis esset origo,  
Iuppiter an venti discussa nube tonarent,  
Quid quateret terras, qua sidera lege mearent. Ov. M. XV. 66. 69—71.  
Me quoque, quidquid erat, potius nescire iuvabat,  
Sed tanquam scirem, mens mea tristis erat. Ov. Her. XII. 147 u. 148.  
Pastorem, saltaret uti Cyclopa, rogabat. Hor. S. I. 5. 63.  
Non cur haec facerem, poteram mihi reddere causam. Ov. Her. XI. 31.  
Nondum caesa suis, peregrinum ut viseret orbem,  
Montibus in liquidas pinus descenderat undas. Ov. M. I. 94 u. 95.  
De re communi scribae magna atque nova te  
Orabant hodie meminisses, Quinte, reverti. Hor. S. II. 6. 36 u. 37.  
Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset  
Tutus ab insidiis, dire Superbe, tuis. Ov. Fast. II. 717 u. 718.  
Nil ita celabas, ut non ego conscius essem,  
Pectoribusque dabus multa tegenda meis. Ov. Trist. III. 6. 9. u. 10.  
Quin id erat curae, quo pacto cuncta tenerem. Hor. S. II. 4. 8.  
Haec eadem ut sciret, quid non faciebat Amyntas? Verg. Ecl. II. 35.  
Quod si tam Grais novitas invisa fuisset,  
Quam nobis, quid nunc esset vetus? aut quid haberet,  
Quod legeret tereretque viritim publicus usus? Hor. E. II. 1. 90—92.  
Cum poteram recto transire Ceraunia velo,  
Ut fera vitarem saxa, monendus eram. Ov. ex Ponto II. 6. 9 u. 10.  
Mirabar, quidnam misissent mane Camenae,  
Ante meum stantes sole rubente torum. Prop. III. 10. 1 u. 2.

- 
- 3.** Nulla etenim mihi te fors obtulit: optimus olim  
Vergilius, post hunc Varius dixere, quid essem. Hor. S. I. 6. 55 u. 56.  
Res gestae regumque ducumque et tristia bella  
Quo scribi possent numero, monstravit Homerus. Hor. ad Pis. 73 u. 74.  
Ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors. H. S. I. 7. 13.  
Huius amor curae, patria Curibusque relictis,  
Fecit, ut Herculei penetraret ad hospitis urbem. Ov. M. XV. 7. u. 8.  
Ut primum valido mentem collegit ab aestu,  
Quid cuperet, fassura fuit. Ne posset adire,  
Cursus equi fecit circumfususque satelles. Ov. M. XIV. 352—354.  
Protinus accessi, ritus ne nescius essem. Ov. Fast. IV. 909.  
Nec se, quin horrens auderent tangere saetis  
Vellus, Achilleae continuere manus. Ov. Fast. V. 395 u. 396.  
Pax aluit vites et sucos condidit uvae,  
Funderet ut nato testa paterna merum. Tib. I. 10. 47 u. 48.  
Lux quoque natalis, ne quid nisi triste videres,  
Turpis et inductis nubibus atra fuit. Ov. Ibis. 215 u. 216.  
Liquit Agenorides Sidonia moenia Cadmus,  
Poneret ut muros in meliore loco. Ov. ex Ponto I. 3. 77 u. 78.
-

**4.** Rursus, quid virtus et quid sapientia possit,  
Utile proposuit nobis exemplar Ulixem. Hor. E. I. 2. 17 u. 18.  
Qui didicit, patriae quid debeat et quid amicis,  
Quo sit amore parens, quo frater amandus et hospes,  
Reddere personae scit convenientia cuique. Hor. ad Pis. 312. 313 u. 316.  
Nunc quoque curaliis eadem natura remansit,  
Duritiam tacto capiant ut ab aëre, quodque  
Vimen in aequore erat, fiat super aequora saxum. Ov. M. IV. 750—752.  
Nil adeo fortuna gravis miserabile fecit,  
Ut minuant nulla gaudia parte malum. Ov. ex Ponto IV. 4. 5 u. 6.  
Qui semel adspexit, quantum dimissa relictis  
Praestent, mature redeat repetatque relicta. Hor. E. I. 7. 95 u. 96.  
Nil sane fecit, quod tu reprehendere possis. Hor. S. II. 3. 138.  
Nemo tam divos habuit faventes,  
Crastinum ut possit sibi polliceri. Sen. Thyest. 619 u. 620.  
Sic ego delicias et mollia carmina feci,  
Strinxerit ut nomen fabula nulla meum. Ov. Trist. II. 349 u. 350.  
Aequora sustinui, tantosque per alta labores,  
Ut mihi felices sint illi saepe vocati,  
Quos communis hiems importunusque Caphareus  
Mersit aquis. Vellemque horum pars una fuisse. Ov. M. XIV. 479—482.

Multa quidem dixi, cur excusatus abirem. Hor. E. I. 9. 7.  
Omnia fecisti, ne callidus hospes abiret. Ov. R. A. 265.  
Res gestae regumque ducumque et tristia bella  
Quo scribi possent numero, monstravit Homerus. Hor. ad Pis. 73 u. 74.

Romae nutriti mihi contigit atque doceri,  
Iratus Grais quantum nocuisset Achilles. Hor. E. II. 2. 41 u. 42.  
Oppida coeperunt munire et ponere leges,  
Ne quis fur esset neu latro neu quis adulter. Hor. S. I. 3. 105.  
Serus enim Graecis admovit acumina chartis,  
Et post Punica bella quietus quaerere coepit,  
Quid Sophocles et Thespis et Aeschylus utile ferrent. Hor. E. II. 1. 161—163.  
Nil nimium studeo, Caesar, tibi velle placere,  
Nec scire, utrum sis albus an ater homo. Catull. 93. 1 u. 2.  
Tum mihi naturae libeat perdiscere mores,  
Quis deus hanc mundi temperet arte domum. Prop. III. 5. 25 u. 26.  
Ut valeas animo, quicquam tolerare negabis? Ov. R. A. 321.  
Deficiunt ad copta manus. Meruisse fatemur  
Illum, cur pereat: mortis mihi displicet auctor. Ov. M. VIII. 492 u. 493.  
Consensisti enim. Nec me suassisse negabo,  
Ut se subtraheret bellique viaeque labori,  
Tentaretque feros requie lenire dolores. Ov. M. XIII. 315—317.  
Ante expectatum tacuit tamen. Excipit unus  
Ex numero procerum, quaerens, cur sola sororum  
Gesserit alternis immixtos crinibus angues. Ov. M. IV. 790—792.

Hunc ego poscentem, cum quo concurreret unus,  
Sustinui, sortemque meam vovistis, Achivi. Ov. M. XIII. 87—88.  
Iam in hac re, ut taceam, cuivis facile est scitu.  
Quam fuerim miser. Ter. Hec. III. 1. 15.  
Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,  
Cum faber, incertus, scannum faceretne Priapum  
Maluit esse deum . . . . . Hor. S. I. 8. 1—3.

- 6) Multa diuque tuli; speravi saepe futurum,  
Cum bene servasses, ut bene verba darem. Ov. Amor. II. 19. 49 u. 50.  
Hoc mihi . . . nam repeto . . . fore ut a caeleste sagitta,  
Figar, erat verax vaticinata soror. Ov. Her. XV. 277 u. 278.

### Vom Gebrauch des Indicativs. (§ 247.)

- I. Fata regunt orbem, certa stant omnia lege. Manil. Astr. IV. 14.  
Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est. Ov. ex Ponto II. 3. 23.  
Pollicitis dives quilibet esse potest. Ov. Ars Am. I. 444.  
Accipitrem metnens pennis trepidantibus ales  
Audeat ad humanos fessa venire sinus. Ov. ex Ponto II. 2. 37 u. 38.  
Iam vigor et quasso languent in corpore vires,  
Nec juveni lusus qui placuere iuvant. Ov. ex Ponto I. 4. 3 u. 4.  
Ingenium magni livor detractat Homeri. Ov. R. A. 365.  
Sunt aliquid manes: letum non omnia finit,  
Luridaque evictos effugit umbra rogos. Prop. IV. 7. 1 u. 2.  
Denique non omnes eadem mirantur amantque. Hor. E. II. 2. 58.  
Cena brevis iuvat et prope rivum somnus in herba. Hor. E. I. 14. 35.  
Miles depositis annosus secubat armis,  
Putris et in vacua requiescit navis harena. Prop. II. 25. 5 u. 7.  
Sed tamen obsistam: teritur rubigine muero  
Ferreus et parvo saepe liquore silex. Prop. II. 25. 15 u. 16.  
Nec forma aeternum aut cuiquam est fortuna perennis,  
Longius aut propius mors sua quemque manet. Prop. II. 28. 57 u. 58.  
Vino forma perit, vino corruptur actas. Prop. II. 33. 33.  
Non datur ad musas currere lata via. Prop. III. 1. 14.  
Non opibus mentes hominum curaeque levantur,  
Nam fortuna sua tempora lege regit. Tib. III. 3. 21 u. 22.  
Ut fragilis glacies, interit ira mora. Ov. Ars Am. I. 374.  
Non solum taurus ferit uncis cornibus hostem,  
Verum etiam instanti laesa repugnat ovis. Prop. II. 5. 19 u. 20.  
Quoque magis tegitur, tectus magis aestuat ignis. Ov. M. IV. 64.  
Quam cito purpureos deperdit terra colores,  
Quam cito formosas populus alba comas! Tib. I. 4. 29 u. 30.  
Ergo hominum genus in cassum frustraque laborat,  
Semper et in curis consumit inanibus aevum. Luer. V. 1429 u. 1430.  
At tu, qui potior nunc es, mea fata timeto:  
Versatur celeri Fors levis orbe rotae. Tib. I. 5. 69 u. 70.

Omnia post obitum fingit maiora vetustas:  
Maius ab exsequiis nomen in ora venit. Prop. III. 1. 23 u. 24.  
Insomnes longo veniunt examine curae. Claud. in Ruf. I. 38.  
Ille dolet vere, qui sine teste dolet. Mart. Ep. I. 33. 4.  
Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra  
Pectora pro facto spemque metumque suo. Ov. Fast. 485 u. 486.  
Ergo sollicitae tu causa, pecunia, vitae es!  
Per te immaturum mortis admus iter. Prop. III. 7. 1 u. 2.  
Non est certa fides, quam non iniuria versat. Prop. III. 8. 19.  
Hic satus ad pacem, hic castrensis utilis armis:  
Naturae sequitur semina quisque suae. Prop. III. 9. 19 u. 20.  
Grandia per multos tenuantur flumina rivos,  
Saevaque diducto stipite flamma perit. Ov. R. A. 445 u. 446.  
Qui sua metitur pondera, ferre potest. Mart. Ep. XII. 98. 8.  
Gratia pro rebus merito debetur inemptis. Ov. Amor. I. 10. 25.  
Omne genus scripti gravitate tragoeadia vincit. Ov. Trist. II. 381.  
Addit opus pigro ribus, si decidit imber,  
Multæ mole docendus aprico parcere prato. Hor. E. I. 14. 29 u. 30.  
Quaerit aquas in aquis et poma fugacia capit  
Tantalus. Hoc illi garrula lingua dedit. Ov. Amor. II. 43 u. 44.  
Nostra per adversas agitur fortuna procellas,  
Sorte nec ulla mea tristior esse potest. Ov. Trist. V. 12. 5 u. 6.  
Consilia qui dant prava cautis hominibus,  
Et perdunt operam et deridentur turpiter. Phaedr. I. 25. 1 u. 2.  
Tu mihi qui imperitas, aliis servis miser atque  
Duceris ut nervis alienis mobile lignum. Hor. S. II. 7. 81 u. 82.  
Saepius incautæ nocuit victoria turbæ. Claud. de IV. Cons. Hon. 336.  
Romani scelerum semper sprevere ministros. Claud. de bell. Gild. 270.  
Ultrices Furias matris placavit Orestes. Claud. Epist. I. 14.  
Cantabit, vacuus coram latrone viator. Iuv. X. 22.  
Tu si animo regeris, rex es, si corpore, servus. Anth. lat. 716. 7. (Riese).  
Non facile esuriens posita retinebere mensa,  
Et multam saliens incitat unda sitim. Ov. R. A. 631 u. 632.  
Nitimus in vetitum semper cupimusque negata. Ov. Amor. III. 4. 17.  
Ipsa quidem virtus pretium sibi, solaque late  
Fortunæ secura nitet nec fastibus ullis  
Erigitur plausu petit clarescere vulgi. Claud. de Cons. Mallii 1—3.  
Quod satiare potest, dives natura ministrat. Petron. 145. 9.  
Omnia tempus alit, tempus rapit: usus in arto est. Calp. Ecl. 11. 32.  
Mora dat vires, teneras mora percoquit uvas,  
Et validas segetes, quae fuit herba, facit. Ov. R. A. 83 u. 84.  
Quam multa in foliis avium se milia condunt,  
Vesper ubi aut hibernus agit de montibus imber! Verg. Georg. IV. 473 u. 474.

2. Si mihi difficilis formam natura negavit,

Ingenio formae damna rependo meae. Ov. Her. (XV.) 31 u. 32.  
Si natura negat, facit indignatio versum. Iuv. I. 79.

Si qua venit sero, magna ruina venit. Prop. II. 25. 28.  
Si mare, si terras porrectaque litora vidi,  
Multa mihi terrae, multa minantur aquae. Ov. Her. X. 93 u. 94.  
Frangit et attollit vires in milite causa,  
Quae nisi iusta subest, executis arma pudor. Prop. IV. 6. 51 u. 52.

**3.** Nullane habes vitia? Immo alia et fortasse minora. Hor. S. I. 320.  
Tantane te nostri ceperunt taedia mundi? Claud. in Eutrop. II. 534.  
Cunctane in aequoreos abierunt irrita ventos?  
Cunctane Lethaeis mersa feruntur aquis? Ov. Trist. I. 8. 35 u. 36.  
Quis victum meminit sola formidine Rhenum? Claud. de IV. Cons. Hon. 457.  
Quid iuvat errorem mersa iam puppe fateri? Claud. in Eutrop. II. 7.  
Quid datur a divis felici optatus hora? Cat. 62. 30.  
Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses?  
Quam ferus et vere ferreus ille fuit! Tib. I. 10. 1 u. 2.

**1.** Sed tu non debes imimicae cedere linguae. Prop. II. 32. 25.  
Bene te potius dicere aequum est homini amico quam male. Plaut. Trin. 924.  
Di quoque carminibus, si fas est dicere, fiunt;  
Tantaque maiestas ore canentis eget. Ov. ex Ponto IV. 8. 55 u. 56.

Nec licet et longum est epulas narrare deorum. Ov. Fast. VI. 325.  
Sithonas et Scythicos longum est narrare triumphos. Ov. Fast. III. 719.  
Cetera de genere hoc longum est, si dicere coner. Luer. IV. 1163.

**2.** Plura loqui poteram, quam quae cepere tabellae. Ov. M. IX. 604.  
Quodque satis populo poterat, non sufficit uni:  
Plusque cupid, quo plura suam demittit in alvum. Ov. M. VIII. 833 u. 834.  
Noluit, ut poterat, minimo me perdere nutu. Ov. ex Ponto I. 2. 93.  
Attamen et iustum poteras et scribere fortem. Hor. S. II. 1. 16.  
Non erat hoc nimium nunquam nisi magna loquenti. Ov. M. XIII. 222.  
Tunc ego vel caros potui violare parentes,  
Saeva vel in sanctos verbera ferre deos. Ov. Amor. I. 7. 5 u. 6.  
Huic uni forsan potui succumbere culpae. Verg. Aen. IV. 19.  
Nonne fuit satius duro servire tyranno? Prop. II. 25. 11.  
Nonne fuit satius, tristes Amaryllidis iras  
Atque superba pati fastidia? nonne Menalcan? Verg. Ecl. II. 14 u. 15.  
Curando fieri quaedam maiora videmus  
Vulnera, quae melius non tetigisse fuit. Ov. ex Ponto III. 7. 25 u. 26.  
Continui male, quin, ut oportuit, oscula ferrem. Ov. M. VII. 727.  
Tum decuit metuisse tuis; nunc sera querelis  
Haud iustis adsurgis et irrita iurgia iactas. Verg. Aen. X. 94 u. 95.  
Tunc ego debueram capienda ad Pergama mitti. Ov. M. XII. 445.  
Hac ope debueram thalamos petisse, socerque  
Non orandus erat, vi sed faciendus Erechtheus. Ov. M. VI. 700 u. 701.  
Aequius huic Turnum fuerat se opponere morti. Verg. Aen. XI. 115.

Dic, age, frigoribus quare novus incipit annus,  
Qui melius per ver incipiendus erat. Ov. Fast. I. 149 u. 150.  
Haec igitur lux est, quae si non orta fuisset,  
Nulla fuit misero festa videnda mihi. Ov. Trist. V. 6. 41 u. 42.

a) Quodque nefas dictu, fieri nec posse putavi,  
Invitis oculis littera lecta tua est. Ov. ex Ponto I. 9. 3 u. 4.

b) Mox eadem Teucras fuerat mersura carinas,  
Ni prius in scopulum, qui nunc quoque saxeus exstat,  
Transformata foret; scopulum quoque navita vitat. Ov. M. XIV. 72—74.  
Quod nisi te nomen tantum ad maiora vocasset,  
Gloria Pieridum summa futurus eras. Ov. ex Ponto IV. 8. 69 u. 70.  
Si mos antiquis placuissest matribus idem,  
Gens hominum vitio deperitura fuit. Ov. Amor. II. 14. 9 u. 10.  
Quidquid in his igitur vitii rude carmen habebit,  
Emandaturus, si licuisset, eram. Ov. Trist. I. 7. 39 u. 40.  
Sic mea nescio quis, rebus male fidus acerbis,  
In bona venturus, si paterere, fuit. Ov. Trist. I. 5. 83 u. 84.  
Sarcina sum, fateor; quam si tu tempore duro  
Depositurus eras, non subeunda fuit. Ov. Trist. V. 6. 5 u. 6.

**3.** Paene simul periit, dum vult succurrere lapsae  
Frater, et extentas porrigit usque manus. Ov. Fast. III. 871 u. 872.

Cum Troiam Aeneas Italos portaret in agros,  
Est dea sacrificas paene secuta rates. Ov. Fast. IV. 251 u. 252.  
Paene rati nocuit. Vidi, cum monte revulso  
Immanem scopulum medias permisit in undas. Ov. M. XIV. 181 u. 182.  
Paene suas quatere est oblitus in aëre pennas. Ov. M. IV. 677.  
Prae maerore adeo miser atque aegritudine  
Consenui; paene sum fame demortuus. Plaut. Stich. 215 u. 216.  
Quam paene tua me perdidit protervit! Ter. Heaut. IV. 6. 10.  
Pultando paene confregi hasce ambas forces. Plaut. Most. 453.

**4.** Quidquid id est, timeo Danos et dona ferentes. Verg. Aen. II. 49.  
Quidquid id est, ut non facinus, sic culpa vocanda est. Ov. ex Ponto I. 6. 25.  
Quidquid sub terra est, in apricum profret aetas. Hor. E. I. 6. 24.  
Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi. Hor. E. I. 2. 14.  
Quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est. Verg.  
Quidquid quaesierat, ventri donabat avaro. Hor. E. I. 15. 32.  
Quo me cumque rapit tempestas, deferor hospes. Hor. E. I. 1. 15.  
Quantulacumque adeo est occasio, sufficit irae. Iuv. XIII. 183.  
Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis, acescit. Hor. E. I. 2. 54.  
Quidquid iurarunt, ventus et unda rapit. Prop. III. 28. 8.  
(Sic ait) Immensa est, finemque potentia caeli  
Non habet et quidquid superi voluere, peractum est. Ov. M. VIII. 618 u. 619.

Quidquid ero, Stygiis erumpere nitar ab oris,  
Et tendam gelidas ulti in ora manus. Ov. Ibis. 151 u. 152.  
Quisquis es, huc exi! quid me, puer unice, fallis? Ov. M. III. 454.  
Quantumcumque tamen praeconia nostra valebunt,  
Carminibus vives tempus in omne meis. Ov. Trist. I. 6. 35 u. 36.  
Quicunque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,  
Nonne putas miras hunc habuisse manus? Prop. III. 12. 1 u. 2.  
Iam faciam, quodcumque voles, tuus usque manebo. Tib. IV. 13. 21.  
Renidet ille, quidquid est, ubicumque est,  
Quodcumque agit, renidet, hunc habet morbum. Catull. 39. 6 u. 7.  
Me constare mihi scis et discedere tristem,  
Quandocumque trahunt invisa negotia Romam. Hor. E. I. 14. 16 u. 17.  
Qualescumque mihi semper mansere fideles,  
Semper et effectus promeruere bonos. Prop. III. 23. 9 u. 10.

---

4. Seu linguam causis acuis seu civica iura  
Respondere paras, seu condis amabile carmen,  
Prima feres hederae victricis praemia. . . . Hor. E. I. 3. 23—25.  
Ne longum faciam: seu me tranquilla senectus  
Exspectat seu mors atris circumvolat alis,  
Dives inops, Romae, seu fors ita iusserit, exsul,  
Quisquis erit vitae, scribam, color. . . . Hor. S. II. 1. 57—59.  
Seu furor est, habeo, quod carmine sanet et herbis:  
Sive aliquis nocuit, magico lustrabere ritu.  
Ira deum sive est, sacris placabilis ira. Ov. M. X. 397—399.  
Sive pium vis hoc, sive hoc muliebre vocari,  
Confiteor misero molle cor esse mihi. Ov. ex Ponto I. 3. 31 u. 32.  
Natus homo est: sive hunc divino semine fecit  
Ille opifex rerum, mundi melioris origo,  
Sive recens tellus seductaque nuper ab alto  
Aethere cognati retinebat semina caeli. Ov. M. I. 78—81.  
At tu, sive petes portus, seu, navita, linques,  
Caesaris in toto sis memor Ionio. Prop. IV. 11. 71 u. 72.

---

### Vom Gebrauch des Konjunctivs. (§ 248).

#### I. Der Konjunctiv in Hauptsätzen.

1. a) Sit mihi quod nunc est, etiam minus, et mihi vivam  
Quod superest aevi, si quid superesse volant Di,  
Sit bona librorum et provisae frugis in annum  
Copia neu fuitem dubiae spe pendulus horae. Hor. E. I. 18. 107—110.  
Qui Bavium non odit, amet tua carmina. Maevi,  
Atque idem iungat vulpes et mulgeat hircos. Verg. Ecl. III. 90 u. 91.  
Quisquis es, o faveas nostrisque laboribus adsis. Ov. M. III. 613.  
Quod satis est cui contingit, nihil amplius optet. Hor. E. I. 2. 46.

Audiat haec aether, et si deus ullus in illo est. Ov. M. VI. 548.  
Pauperies immunda domus procul absit: ego utrum  
Nave ferar magna an parva, ferar unus et idem. Hor. E. II. 2. 199 u. 200.  
Di tibi omnes omnia optata offerant. Plaut Capt. II. 2. 105.  
Hoc mihi contingat: sit dives iure, furorem  
Qui maris et tristes ferre potest pluvias. Tib. I. 1. 49 u. 50.  
Romanae turres et vos valeatis amici. Prop. III. 21. 15.  
Nil opus invidia est, procul absit gloria vulgi. Tib. IV. 13. 7.  
Hac Troiana tenuis fuerit fortuna secuta. Verg. Aen. VI. 62.  
Di te, Damasippe, deaeque  
Verum ob consilium donent tonsore. Hor. S. II. 3. 16 u. 17.  
Exiguo gratoque fruaris tempore raptim. . . . Hor. E. II. 2. 198.  
Sit nox cum somno, sit sine lite dies. Mart. II. 90. 10.  
Di tibi sint faciles, et opis nullius egentem  
Fortunam praestent dissimilemque meae. Trist. I. 5. 15 u. 16.  
Terra tibi fruges, amnis tibi deneget undas,  
Deneget adflatus ventus et aura suos. Ov. Ibis 107 u. 108.  
Exul, inops erres, alienaque limina lustres,  
Exiguumque petas ore tremente cibum. Ov. Ibis 113 u. 114.  
Intereat tecum sic genus omne tuum. Ov. Ibis 580.  
Si quis erit recti custos, imitator honesti:  
Dispeream, si non hic Decianus erit. Mart. Ep. I. 39. 5 u. 8.  
Si me amas, inquit, paulum hic ades. Inteream, si  
Aut valeo stare aut novi civilia iura. Hor. S. I. 9. 38 u. 39.  
Ah, tibi ne teneras glacies secet aspera plantas! Verg. Ecl. 50.  
Peream male, si non  
Optimum erat; verum nequeo dormire. . . . Hor. S. II. 1. 6.  
Ah pereat, quicumque meracas repperit uvias,  
Corrupitque bonas nectare primus aquas. Prop. III. 23. 27 u. 28.  
Natus ut Althaeae flammis absentibus arsit,  
Sic tuus ardescat stiptis igne rogus. Ov. Ibis 599 u. 600.  
Te spectem, suprema mihi cum venerit hora. Tib. I. 1. 59.  
Di meliora ferant nec sint insomnia vera  
Quae tulit hesterna pessima nocte quies. Tib. III. 4. 1 u. 2.  
Di tibi dent, nostro quod non tribuere poetae,  
Molliter in patria vivere posse tua. Ov. Trist. III. 1. 23 u. 24.  
Ah pereat, quicumque vates et vela paravit  
Primus et invito gurgite fecit iter. Prop. I. 17. 13 u. 14.  
Nomen Athenagorae quaeris, Callistrate, verum?  
Si scio, dispeream, quis sit Athenagoras. Mart. Ep. IX. 95b. 3 u. 4.  
Si fas est, omnes pariter pereatis avari. Prop. IV. 12. 5.  
Sit pudor et tandem veri respectus et aequi. Mart. Ep. XI. 50. 11.  
Hoc volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Iuv. VI. 223.  
Aequum atque iniquum regis imperium feras. Sen. Med. 195.  
Ne valeam, si non res est gratissima nobis,  
Et volo te chartis inseruisse meis. Mart. Ep. IV. 31. 2 u. 3.

b) Quo deus et quo dura vocat Fortuna, sequamur. Verg. Aen. XII. 667.

Omnia vincit Amor; et nos cedamus Amori. Verg. Ecl. X. 69.

Si nullam nostris ultra spem ponis in armis,

Oremus pacem et dextras tendamus inertes. Verg. Aen. XI. 411 u. 414.

Cedamus Phoebo et moniti meliora sequamur. Verg. Aen. III. 188.

At nos securae reddamus tempora mensae:

Venit post multos una serena dies. Tib. III. 6. 31 u. 32.

Crispinus minimo me provocat: Accipe, si vis,

Accipiam tabulas; detur nobis locus, hora,

Custodes; videamus, uter plus scribere possit. Hor. S. I. 4. 14—16.

Dicamus bona verba: venit natalis ad aras. Tib. II. 2. 1.

Ponamus nimios gemitus: flagrantior aequo

Non debet dolor esse viri nec vulnere maior. Iuv. XIII. 11. u. 12.

Cedamus, leve fit quod bene fertur onus. Ov. Amor. I. 2. 10.

Ne te paeniteat duros subiisse labores. Tib. I. 4. 47.

Res est blanda canor; discant cantare puellae. Ov. Ars Am. III. 315.

At quae mox imitere, legas: nec desinat unquam

Tecum Graia loqui, tecum Romana vetustas. Claud. de IV. cons. Hon. 397 u. 398.

Si bene qui cenat bene vivit, luet, eamus,

Quo dicit gula; piscemur, venemur, ut olim

Gargilius, qui mane plagas, venabula, servos,

Differtam transire forum populumque iubebat. Hor. E. I. 6. 56—59.

Ne studio nostri pecces odiumque libellis

Sedulus importes opera vehemente minister. Hor. E. I. 13. 4 u. 5.

Certemus, spinas animone ego fortius an tu

Evellas agro, et melior sit Horatius an res. Hor. E. I. 14. 4 u. 5.

Quae culpare soles, ea tu ne feceris ipse. Cato dist. I. 30.

Venimus in Geticos fines, moriamur in illis. Ov. ex Ponto III. 7. 19.

Quod petis hinc, propiore loco, Romane, petisses. Ov. M. XV. 637.

---

**1.** Atque ita me di ament, ut ego nunc non tam meapte causa  
Laetor quam illius: quam ego scio esse honore quovis dignam. Ter. Heaut. IV. 3. 8 u. 9.

Ita me di ament, ut video tuam ego inepiam. Ter. Adelphi IV. 7. 31.

Ita me di ament, honestus est. Ter. Eun. III. 2. 21.

---

**2.** Naturam expellas furca, tamen usque recurret. Hor. E. I. 10. 24.  
Sit quoque nostra domus vel censu parva vel ortu;

Ingenio certe non latet illa meo. Ov. Trist. II. 115 u. 116.

Omnia possideat, non possidet aëra Minos. Ov. M. VIII. 187.

Milia frumenti tua triverit area centum,

Non tuus hoc capiet venter plus ac meus . . Hor. S. I. 1. 45 u. 46.

---

**3. a)** Forsitan et, Priami fuerint quae fata, requiras. Verg. Aen. II. 506.  
Forsitan haec spernant iuvenes, quibus arte benigna  
Et meliore luto finxit praecordia Titan. Iuv. XIV. 34 u. 35.

Forsitan ipse roges, quid sit cum Marte poetae. Ov. Fast. III. 3.  
Migrantes cernas totaque ex urbe ruentis. Verg. Aen. IV. 401.  
Nil ego contulerim incundo sanus amico. Hor. S. I. 5. 44.  
Nec tamen, hoc tribuens, dederim quoque cetera: nam sic  
Et Laberi mimos ut pulchra poemata mirer. Hor. S. I. 10. 5 u. 6.  
Non bene distuleris videoas quod posse negari,  
Et solum hoc ducas, quod fuit, esse tuum. Mart. Ep. I. 15. 5 u. 6.  
Tu quamvis memori referas mihi pectora cuncta,  
Non tamen interpres tantundem iuveris. Hor. S. II. 4. 90 u. 91.  
Non ego te, Dis et mensis accepta secundis,  
Transierim, Rhodia, et tumidis, Bumaste, racemis. Verg. Georg. II. 101 u. 102.  
Crede mihi, citius falsum producere testem  
Contra paganum possis, quam vera loquentem  
Contra fortunam armati contraque pudorem. Iuv. XVI. 32—34.  
Forsitan hoc studium possit furor esse videri:  
Sed quiddam furor hic utilitatis habet. Ov. Trist. IV. 1. 37 u. 38.  
Fusile per rictus aurum fluitare videres. Ov. M. XI 126.  
Hic ubi nunc fora sunt, linters errare videres. Ov. Fast. II. 391.  
Quae nunc aere vides, stipula tum tecta videres. Ov. Fast. III. 261.  
Corpora Cecropidum peunis pendere putares. Ov. M. VI. 667.  
..... Sed et illa propago  
Contemptrix superum saevaeque avidissima caedis  
Et violenta fuit: scires e sanguine natos. Ov. M. I. 160—162.

b) Quo ferar? unde petam lapsis solacia rebus?

Ancora iam nostram non tenet ulla ratem. Ov. Trist. V. 2. 41 u. 42.  
Nam quo me referam? quali spe perdita nitor? Catull 64, 177.  
Quid ego faciam? maneam an abeam? Plaut. Cure. 589.  
Quid dem? quid non dem? renuis tu quod iubet alter. Hor. E. II. 2. 64.  
Quid faciant pauci contra tot milia fortes? Ov. Fast. II. 230.  
Quid tibi pro meritis et tantis laudibus optem? Mart. Ep. IV. 51. 5.  
Quis cladem illius noctis, quis funera fando  
Explicet aut possit lacrimis aequare labores? Verg. Aen. II. 361 u. 362.  
Quae tibi, quae tali reddam pro carmine dona? Verg. Ecl. V. 81.  
An quicquam nobis tali sit munere maius? Verg. Ecl. V. 53.  
Quis genus Aeneadum, quis Troiae nesciat urbem? Aen. I. 565.  
Conquerar, an sileam? repetam Calydonia, morerne?  
Exeedam tectis? an, si nihil amplius, obstem? Ov. M. IX. 147 u. 148.  
Quo teneam vultus mutantem Protea nodo? Hor. E. I. 1. 90.  
Rumpor et invideo: quidni tamen omnia narrem? Ov. Her. XV. 221.  
Arma quis haec timeat? quis non eat obvius illis? Ov. Amor. I. 6. 39.  
Invitus repeto patriam, quis reddere possit? Ov. Her. XVII. 123.  
Quis tulerit Gracchos de seditione querentes? Iuv. II. 24.  
Quis tardamye sudem melius celeremve sagittam  
Iecerit aut lento perfregerit obvia pilo? Tib. IV. I. 89 u. 90.  
Quis non horruerit tacitam quoque Caesaris iram? Qv. ex Ponto II. 7. 55.  
Sed quis ad Hesperiam venturos litora Teucros  
Credaret? aut quem tum vates Cassandra moveret? Verg. Aen. II. 186 u. 187.

Urbs oritur, . . . quis tunc hoc ulli credere posset?

Victorem terris impositura pedem. Ov. Fast. IV. 857 u. 858.  
Quid facerem? blando patriae retinebar amore. Ov. Trist. I. 3. 49.

c) Non, si forte roges, possim tibi dicere, quot sint. Ov. M. XIII. 823.

Non, mihi si linguae centum sint oraque centum,

Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas,

Omnia poenarum percurrere nomina possim. Verg. Aen. VI. 625—627.

Quod si communias, vilem redigatur ad assem. Hor. S. I. 1. 43.

Garrulus hunc quando consumet cumque: loquaces,

Si sapiat, vitet, simul atque adoleverit aetas. Hor. S. I. 9. 33 u. 34.

. . . . . Populum si caedere saxis

Incipias servosque tuos, quos aere pararis,

Insanum te omnes pueri clamentque puellae. Hor. S. II. 3. 128—130.

Siquis ad illa deus subito te agat, usque recuses. Hor. S. II. 7. 24.

Hic locus est, quem, si verbis audacia detur,

Haud timeam magni dixisse Palatia caeli. Ov. M. I. 175 u. 176.

Iuppiter oranti surdas si praebat aures,

Victima pro templo cur cadat icta Iovis? Ov. ex Ponto II. 9. 25 u. 26.

Quid iuvet, ad surdas si cantet Phemius aures? Ov. Amor. III. 7. 61.

Omnia nunc rident: at si formosus Alexis

Montibus his abeat, videas et flumina sicca. Verg. Ecl. VII. 55 u. 56.

Tot premor adversis, quae si comprehendere coner,

· Icariac numerum dicere coner aquae. Ov. Trist. V. 2. 27 u. 28.

Decipit exemplar vitiis imitabile; quod si

Pallerem casu, biberent exsangue cuminum. Hor. E. I. 19. 17 u. 18.

Cetera si possem laudare, beatior essem. Ov. Her. XVIII. 61.

Si tibi nulla sitim finiret copia lymphae,

Narrares medicis: quod, quanto plura parasti,

Tanto plura cupis, nulline faterier audes? Hor. E. II. 2. 146—148.

At si dixitiae prudentem reddere possent,

Si cupidum timidumque minus te: nempe ruberes,

Viveret in terris te si quis avarior uno. Hor. E. II. 2. 155—157.

Vix mibi eredetis, sed credite: Troia maneret,

Praecepis Priami si foret usa senis. Ov. Ars Am. III. 144.

Vitaret caelum Phaethon, si viveret, et quos

Optarat stulte, tangere nollet equos. Ov. Trist. I. 1. 79 u. 80.

Et si continuo vietorem ea cura subisset,

Ultimus ille dies bello gentique fuisset. Verg. Aen. IX. 757 u. 759.

Impia nec tragicos tetigisset Scylla cothurnos,

Ni patrum crinem desecuisset amor. Ov. Trist. II. 394.

Si te vidissem, primus de mille fuisses. Ov. Her. XVI. 105.

Telephus aeterna consumptus tabe perisset,

Si non quae nocuit, dextra tulisset opem. Ov. Trist. V. 2. 15 u. 16.

Thesea Pirithous non tam sensisset amicum,

Si non infernas vivus adisset aquas. Ov. Trist. I. 5. 19 u. 20.

Si saperem, doctas odissem iure sorores. Ov. Trist. II. 13.

Non mihi si centum deus ora sonantia linguis,  
Ingeniumque capax totumque Helicona dedisset,  
Tristia persequeret miserarum dicta sororum. Ov. M. VIII. 532—534.  
Si nihil infesti durus vidisset Ulixes,  
Penelope felix, sed sine laude foret. Ov. Trist. V. 5. 51 u. 52.  
Hectora quis nosset, si felix Troia fuisse? Ov. Trist. III. 4. 3. 75.  
Quis Priami fregisset opes, si numen aquarum  
Iusta recusasset pondera ferre Thetis? Ov. Amor. II. 14. 13 u. 14.  
Sed nisi peccassem, quid tu concedere posses? Ov. Trist. II. 1. 31.  
Caesaris haec animum poterant audita movere,  
Maxime, movissent si tamen ante tuum. Ov. ex Ponto I. 2. 115 u. 116.  
Et, si fata deum, si mens non laeva fuisse,  
Impulerat ferro Argolicas foedare latebras,  
Troiaque nunc stares Priamique arx alta maneres. Verg. Aen. II. 54—56.

1. Acer et ad palmae per se cursurus honores,  
Si tamen horteris, fortius ibit equus. Ov. ex Ponto II. 11. 21 u. 22.  
Laudatas ostendit avis Iunonia pennas:  
Si tacitus spectes, illa recondit opes. Ov. Ars Am. I. 627 u. 628.  
Fertilis assiduo si non renovetur aratro,  
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager. Ov. Trist. V. 12. 23 u. 24.  
Quodsi deficiant vires, audacia certe  
Laus erit: in magnis et voluisse sat est. Prop. III. 10. 5 u. 6.  
Si, quotiens peccant homines, sua fulmina mittat,  
Iuppiter exiguo tempore inermis erit. Ov. Trist. II. 33 u. 34.  
Non ego, si biberes securae pocula Lethes,  
Excidere haec credam pectore posse tuo. Ov. ex Ponto II. 4. 23 u. 24.

Vivere si recte nescis, decide peritis. Hor. E. II. 2. 13.  
Ah miser, etsi quis primo periuria celat,  
Sera, tamen tacitis Poena venit pedibus. Tib. I. 9. 3 u. 4.  
Ni tua custodis, avidus iam haec auferet heres. Hor. S. II. 3. 151.  
Si lacrimae . neque enim veniunt in tempore semper:  
Deficient, uda lumina tange manu. Ov. Ars Am. I. 661 u. 662.  
Laus nova nisi oritur, etiam vetus amittitur. Publ. Syr. 291.  
Nisi utile est, quod facimus, stulta est gloria. Phaedr. III. 17. 12.  
Possum multa tibi veterum praecepta referre,  
Ni refugis tenuesque piget cognoscere curas. Verg. Georg. I. 176 u. 177.  
Dixeris, experiar: Si vis, potes, addit et instat. Hor. S. II. 6. 39.  
Riserit, arride; si flebit, flere memento. Ov. Ars Am. II. 201.  
Si meliora dies, ut vina, poemata reddit,  
Scire velim, chartis pretium quotus arroget annus. Hor. E. II. 1. 33 u. 34.  
Et si, quid cupiam, quaeris, sine nomine velle  
Posset agi mea causa meo, nec cognita Byblis  
Ante forem, quam spes votorum certa fuisse. Ov. M. IX. 532—534.

Probris erat, si forte magis pervenit ad aures  
Orithyia tuas, raptae soror Orithyiae. Ov. M. VII. 694 u. 695.

Carmine purpurea est Nisi coma: carmina ni sint,  
Ex humero Pelopis non nituisset ebur. Tib. I. 4. 63 u. 64.

## II. Der Konjunctiv bei Konjunctionen. (§ 249).

- 1.** Sit procul omne nefas: Ut ameris, amabilis esto. Ov. Ars. Am. II. 107.  
Ut iugulent hominem, surgunt de nocte latrones. Hor. E. I. 2. 32.  
Quidquid praeclipes, esto brevis, ut cito dicta  
Percipient animi dociles teneantque fideles. Hor. ad Pis. 335 u. 336.  
Nec tamen, ut verum fatear tibi, nostra teneri  
A componendo carmine Musa potest. Ov. Trist. V. 12. 59 u. 60.  
Sustineas ut onus, nitendum vertice pleno est,  
Aut fleti nervos si patiere, cadet. Ov. ex Ponto II. 7. 77 u. 78.  
Discitur innocuas ut agat facundia causas. Ov. Trist. II. 273.

- 2.** Nil adeo validum est, adamus licet alligit illud,  
Ut maneat rapido firmius igne Iovis. Ov. Trist. V. 8. 45 u. 46.  
Non adeo toti fatis urgemur iniquis,  
Ut mea sit longis mens quoque mota malis. Ov. Trist. V. 6. 23 u. 24.  
Si veteres ita miratur laudatque poetas,  
Ut nihil anteferat, nihil illis comparet, errat. Hor. E. II. 1. 65 u. 66.  
Scilicet is status est, ea rerum forma mearum,  
Deliciis etiam possit ut esse locus. Ov. Trist. I. 10. 17 u. 18.  
Non adeo est nunc bene, ut sit mihi gloria curae.  
Si licet, nulli cognitus esse velim. Ov. Trist. V. 12. 41 u. 42.  
Non ita sum positus nec sunt ea tempora nobis  
Adventu possim laetus ut esse tuo. Ov. Trist. III. 13. 19 u. 20.

- 3.** Ut culpent alii, tibi me laudare necesse est. Ov. Her. XII. 131.  
Ut nihil adiciam, non possum innoxia dici. Ov. Met. IX. 628.  
Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas. Ov. ex Ponto III. 4. 79.  
Sed tamen, ut cuncti miserum servare velit,  
Quod periit, salvum non caput esse potest. Ov. Trist. I. 2. 71 u. 72.  
Ut sit magna, tamen certe lenta ira deorum est. Iuv. XIII. 100.  
Quem, nisi crudelem, non tangat Iasonis aetas,  
Et genus et virtus? quem non, ut cetera desint,  
Ore movere potest? certe mea pectora movit. Ov. M. VII. 27—29.  
Si forte in medio positorum abstemius herbis  
Vivis et urtica, sic vives protinus, ut te  
Confestim liquidus Fortunae rivas inauret. Hor. E. I. 12. 7—9.  
Cura quoque interdum nulla medicabilis arte  
Aut, ut sit, longa est attenuanda mora. Ov. ex Ponto I. 3. 25.



(§ 250.)

**1.** Cuneta prius tentanda. Sed immedicabile vulnus  
Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur. Ov. M. I. 190 u. 191.  
Solve senescentem mature sanus equum, ne  
Peccet ad extremum ridendus et ilia ducat. Hor. E. I. 1. 8 u. 9.  
Ne tibi quid desit, quaesitis utere parce,  
Utque, quod est, serves, semper tibi esse putato. Cato Dist. I. 24 u. 25.  
Tantum ne noceas, dum vis prodesse, videto. Ov. Trist. I. 101.  
..... Tu, dum tua navis in alto est,  
Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura. Hor. E. I. 18. 87 u. 88.  
Qualem commendas, etiam atque etiam aspice, ne mox  
Incutiant aliena tibi peccata pudorem. H. E. I. 18. 76 u. 77.  
Id ut ne fiat, haec res sola est remedio. Ter. Eun. III. 1. 49.

**2.** Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,  
Si modo culturae patientem commodet aurem. Hor. E. I. 1. 39 u. 40.  
Nil ita sublime est supraque pericula tendit,  
Non sit ut inferius suppositumque deo. Ov. Trist. IV. 8. 47 u. 48.  
Ille dedit, quod non anima haec Cyclopis in ora  
Venit, et ut iam nunc lumen vitale relinquam,  
Ut tumulo, aut certe non illa condar in alvo. Ov. M. XIV. 174—176.  
Nec sterilis locus ullus ita est, ut non sit in illo  
Mixta fere duris utilis herba rubis. Ov ex Ponto IV. 4. 3 u. 4.  
Ne facite! utque meum non sit sine honore sepulcrum,  
Placet Achilleos mactata Polyxena manes. Ov. M. XIII. 447 u. 448.  
Hoc tamen amborum verbis estote rogati,  
Ut quos certus amor, quos hora novissima iunxit,  
Componi tumulo non invideatis eodem. Ov. M. IV. 154, 156 u. 157.  
Oppida coeperunt munire et ponere leges,  
Ne quis fur esset neu latro neu quis adulter. H. S. I. 3. 105 u. 106.  
At Venus obscurò gradientes aëre saepsit,  
Cernere ne quis eos neu quis contingere posset. Verg. Aen. I. 411. 413.

**3.** Sed vereor, ne cui de te plus quam tibi credas,  
Neve putas alium sapiente bonoque beatum. Hor. E. I. 16. 19 u. 20.  
Sed vereor ne te mea nunc fortuna retardet,  
Postque meos casus sit tibi pectus iners. Ov. Trist. III. 7. 21 u. 22.  
Ne ferar in praeceps, Tethys solet ipsa vereri. Ov. M. II. 69.  
Quam metui, ne quid Libyae tibi regna nocerent! Verg. Aen. VI. 694.  
Extimui, ne vos ageret vesania discors,  
Tu Nomentanum, tu ne sequerere Cicutam. Hor. S. II. 3. 174 u. 175.  
Hic, ne deficeret, metuens, avidusque videndi,  
Flexit amans oculos, et protinus illa relapsa est. Ov. M. X. 56 u. 57.  
Tu cave ne minuas, tu ne maius facias id,  
Quod satis esse putat pater et natura coeret. Hor. S. II. 3. 177 u. 178.

Fertur uti pulvis collectus turbine, ne quid  
Summa deperdat metuens, aut ampliet ut rem. Hor. S. I. 4. 31 u. 32.  
Haec mihi verba malae minuerunt taedia vitae.  
Quae tu ne fuerint, Maxime, vana cave. Ov. ex Ponto I. 9. 31 u. 32.  
Vade, vale, cave ne titubes mandataque frangas. Hor. E. I. 13. 19.  
Non cuivis homini contingit adire Corinthum.  
Sedit qui timuit, ne non succederet: esto. Hor. E. I. 17. 36 u. 37.  
Coccyti stagna alta vides Stygiamque paludem  
Di cuius iurare timent et fallere numen. Verg. Aen. VI. 323 u. 324.  
Sed quamvis mitem, metuit contingere primo:  
Mox adit, et flores ad candida porrigit ora. Ov. M. II. 860 u. 861.  
Hic locus est, quem, si verbis audacia detur,  
Haud timeam magni dixisse Palatia caeli. Ov. M. I. 175 u. 176.  
. . . . . Cave faxis  
Te quidquam indignum! Pudor, inquit, te malus angit,  
Insanos qui inter vereare insanus haberi. Hor. S. II. 3. 38—40.  
At tu, funesti ne sim tibi muneric auctor,  
Nate, cave, dum resque sinit, tua corrige vota. Ov. M. II. 88 u. 89.  
Tum stupet et dubie gaudet fallique veretur. Ov. M. X. 287.  
Principio terram, ne non aequalis ab omni  
Parte foret, magni speciem glomeravit in orbis. Ov. M. I. 34 u. 35.  
Iam timeo nostram cuiquam mandare salutem. Ov. ex Ponto IV. 6. 13.  
Dum vacat et metuunt hostes committere pugnam,  
Luditur in castris, otia miles agit. Ov. Fast. II. 723 u. 724.  
Vereor, coram in os te laudare amplius. Ter. Adolph. II. 4. 5.

---

Haec ait et Maia genitum demittit ab alto,  
Ut terrae utque novae pateant Carthaginis arces  
Hospitio Teueris, ne fati nescia Dido  
Finibus arceret. Volat ille per aëra magnum. Verg. Aen. I. 297—300.

(§ 251.)

**I.** Ante sacros vidi projecta cadavera postes:  
Ante ipsas, quo mors foret invidiosior, aras. Ov. M. VII. 602 u. 603.  
Iam pridem hanc prolem cupio enumerare meorum,  
Quo magis Italia mecum laetere reperta. Verg. Aen. VI. 717 u. 718.  
Inque latus campi, quo tardius illa rediret,  
Iecit ab obliquo nitidum iuvenaliter aurum. O. M. X. 674 u. 675.  
Quo, di crudeles, nisi quo nova funera cernam,  
Vivacem differtis annum? qui posse putaret  
Felicem Priamum post diruta Pergama dici? Ov. M. XIII. 517—519.  
Id amabo adiuta me, quo id fiat facilius. Ter. Eun. I. 2. 70.  
Quoque magis credas, Stygii quoque conscientia sunt  
Numina torrentis, timor et deus ille deorum. Ov. M. III. 290 u. 291.

---

**2.** Hoc quoque enim dubito; non quod fiducia desit  
Sed quia crudelitas damno solet esse protervis. Ov. Her. XVI. 37 u. 39.  
Non pol, quo quemquam plus anem ant plus diligam,  
Eo feci; sed ita erat res, faciendum fuit. Ter. Eun. I. 2. 16 u. 17.

(§ 252).

**1.** Nam curiosus nemo est, quin sit malevolus. Plaut. Stich. 208.  
Nec quisquam est tam ingenio duro nec tam firmo pectore,  
Quin, ubi quicquam occasionis sit, sibi faciat bene. Plant. Asin. V. 2. 94 u. 95.  
Vulneribus fecunda suis erat tilla, nec ullum  
De centum numero caput est impune recisum,  
Quin gemino cervix herede valentior esset. Ov. M. IX. 70—72.  
Primum nam inquiram, quid sit furere: hoc si erit in te  
Solo, nil verbi, pereas quin fortiter, addam. Hor. S. II. 3. 41 u. 42.  
Quid causae est, merito quin illis Iuppiter ambas  
Iratu buccas inflet neque se fore posthac  
Tam facilem dicat, votis ut praebeat aurem. Hor. S. I. 1. 20—22.  
Hic tibi ne qua morae fuerint dispendia tanti,  
Quin adeas vatem precibusque oracula poscas. Verg. Aen. III. 453 u. 456.  
Procurauit. Nec me lacrimae luctusve timorve  
Tardarunt, quin corpus humo sublime referrem. Ov. M. XIII. 282 u. 283.  
Si defendere delictum quam vertere malles,  
Nullum ultra verbum aut operam insumebat inanem,  
Quin sine rivali teque et tua solus amares. Hor. ad Pis. 442—444.  
Gens eadem, quae te, crudeli Daunia bello  
Insequitur; nos si pellant, nihil afore credunt,  
Quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant,  
Et mare, quod supra, teneant, quod adluit infra. Verg. Aen. VIII. 146—149.  
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus  
Aut fetu pecorum aut Cerealis mergite culmi,  
Proventuque oneret sulcos atque horrea vincat. Verg. Georg. II. 516—518.  
Non potuit mea mens, esset quin grata, teneri. Ov. ex Ponto N. 1. 7.  
Nec flos ullus hiat pratis, quin ille decenter  
Impositus fronti langueat ante meae. Prop. IV. 2. 45 u. 46.

**2.** Non equidem dubito, quin haec et cetera fiant. Ov. Trist. IV. 3. 27.  
Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sit malum. Ter. Eun. V. 5. 27.  
Non dubitem, quin, te si prosequar, arma parentur. Ov. Her. XVI. 245.  
Nec mihi mens dubia est, quin te tua numina damment. Ov. Her. VII. 87.  
Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis? Verg. Aen. VI. 806.  
Vineor ab Aenea. Quodsi mea numina non sunt  
Magna satis, dubitem haud equidem implorare quod usquam est. Verg. Aen. VII. 310 u. 311.  
Vicit Amor. Supera deus hic bene notus in ora est;  
An sit et hic, dubito, sed et hic tamen auguror esse. Ov. M. X. 26 u. 27.  
Obstupui dubitoque diu, causamque requiro,  
Num deus hoc aliquis, num sucus fecerit herbae. Ov. M. 940 u. 941.

Adspicit et dubitat, superari an vincere malit. Ov. M. X. 610.  
An prosint, dubium; nocuerunt carmina semper. Ov. Amor. III. 12, 13.  
Hospes nullus tam in amici hospitium deverti potest,  
Quin ubi triduum continuum fuerit, iam odiosus sit. Plaut. Mil. glor. III. 1. 146 u. 147.  
Saepe piget . quid enim dubitem tibi vera fateri?  
Corrigere et longi ferre laboris onus. Ov. ex Ponto III. 9. 19 u. 20.  
At tu ne dubita . minuet vindicta dolorem . .  
Protinus in vultus unguibus ire meos. Ov. Amor. I. 7. 63 u. 64.  
Quid ergo dubitas dare mi argentum? Plaut. Pseud. 1313.

Quin potius pacem aeternam pactosque hymenaeos  
Exercemus? habes tota quod mente petisti. Verg. Aen. IV. 99. u. 100.  
Quin morere, ut merita est, ferroque averte dolorem. Verg. Aen. IV. 547.  
Quin agite et mecum infaustas exurite puppes. Verg. Aen. V. 635.

(§ 253.)

At varii rerum impediunt prohibentque colores,  
Quominus esse uno possit res tota nitore. Lucr. II. 785 u. 786.  
Quid prohibet muros iacere et dare civibus urbem? Verg. Aen. V. 631.  
His quoque non passim mundi fabricator habendum  
Aëra permisit; vix nunc obsistitur illis,  
Quin lanient mundum, tanta est discordia fratrum. Ov. M. I. 57, 58, 60.  
Iratus de re incerta contendere noli,  
Impedit ira animum, ne possis cernere verum. Cato, Dist. II. 4 u. 5.  
Obstipuere diu, rumpitque silentia voce  
Pyrrha prior, iussisque deae parere recusat. Ov. M. I. 384 u. 385.  
Cuneta dabant reditus: tamen est deterrita nunquam,  
Quin fleret nostras despiceretque vias. Tib. I. 3. 13 u. 14.

(§ 254.)

1. O utinam possim populos reparare paternis  
Artibus atque animas formatae infundere terrae! Ov. M. I. 363 u. 364.  
Hanc utinam faciem nolit mutare senectus! Prop. II. 2. 15.  
Proloquar, atque utinam patriae sim vanus aruspex!  
Frangitur ipsa suis Roma superba bonis. Prop. IV. 13. 59 u. 60.  
O utinam hibernae duplicentur tempora brumae! Prop. I. 8. 9.  
Ipsa nocet moles. Utinam remeare liceret  
Ad veteres fines et moenia pauperis Anci. Claud. de bello Gild. 108 u. 109.  
Sed non culpa mea est. Utinam desistere velles!  
Aut, quoniam es demens, utinam velocior essemus! Ov. M. X. 629 u. 630.  
Atque utinam aut verus furor ille, aut creditus esset,  
Nec comes hic Phrygias unquam venisset ad arces. Ov. M. XIII. 43 u. 44.  
Ars utinam mores animumque effingere posset! Mart. Ep. X. 32. 5.  
Atque utinam numero ne nos essemus in isto! Ov. Trist. V. 1. 19.

Atque utinam primis animam me ponere cunis  
Iussisset quaevis de tribus una soror. Prop. II. 13. 43 u. 44.  
Pelides utinam vitasset Apollinis arcus! Ov. Her. VIII. 83.  
Tam felix utinam, quam pectore candidus, essem! Ov. ex Ponto IV. 14. 43.  
Iuppiter omnipotens, utinam ne tempore primo  
Cnosia Cecropiae tetigissent litora puppes! Catull 64. 171 u. 172.  
Utinam istuc verbum ex animo ac vere diceres! Ter. Eun. I. 2. 95.  
O mihi praeteritos referat si Iuppiter annos! Verg. Aen. VIII. 560.

2. Certe tute iubebas animam tradere, inique, me  
Inducens in amorem, quasi tuta omnia mi forent. Cat. 30. 5 u. 6.  
. . . . . Nunc plerumque videmus,  
Quid sibi quisque velit, nescire et quaerere semper,  
Commutare locum, quasi onus deponere possit. Luer. III. 1070—1072.  
In silvam non ligna feras insanius, ac si  
Magnas Graecorum malis implere catervas. Hor. S. I. 10. 34 u. 35.  
His me consolor victurum suavius, ac si  
Quaestor avus pater atque meus patruusque fuisset. Hor. S. I. 6. 130 u. 131.  
Addidit et lacrimas, tamquam mandasset et illas. Ov. M. VI. 471.  
Et tamquam tolli cum corpore crimina possent,  
Exanimem e scopulo subiectas misit in undas. Ov. M. XIII. 437 u. 438.  
Dixit, et, ante actis veluti male crederet, hastam  
Misit in adversum Lycia de plebe Menoeten. Ov. M. XII. 115 u. 116.  
Infelix operam perdas, ut si quis asellum  
In campo doceat parentem currere frenis. Hor. S. I. 90 u. 91.  
Hic vero ingentem pugnam, ceu cetera nusquam  
Bella forent, nulli tota morerentur in urbe,  
Cernimus obsessumque acta testudine limen. Verg. Aen. II. 438, 439 u. 441.

3. Foenum habet in cornu, longe fuge: dummodo risum  
Excusat sibi, non hic cuiquam parcer amico. Hor. S. I. 4. 34 u. 35.  
Praetulerim scriptor delirus inersque videri,  
Dum mea delectent mala me vel denique fallant. Hor. E. II. 2. 126 u. 127.  
Carmina laudantur, sed munera magna petuntur;  
Dummodo sit dives, barbarus ipse placet. Ov. Ars A. II. 275 u. 276.  
Dummodo pugnando superem, tu vince loquendo. Ov. M. IX. 30.  
Vare, tuum nomen, superet modo Mantua nobis,  
Cantantes sublime ferent ad sidera cycni. Verg. Ecl. IX. 27 u. 29.  
Fortunata domus, modo sit tibi fidus amicus. Prop. III. 20. 9.  
Fortiter et ferrum saevos patiemur et ignes,  
Sit modo libertas, quae velit ira, loqui. Prop. I. 1. 27 u. 28.  
Non impune feres, teli modo copia detur. Ov. M. XII. 265.  
Nec longo distant cursu; modo Iuppiter adsit,  
Tertia lux classem Cretaeis sistet in oris. Verg. Aen. III. 116 u. 117.  
Dum ille ne sis quem ego esse nolo, sis mea causa quilubet. Plaut. Trin. 979.  
Huic modo ne proxit, quod, uti est, hebes esse videtur. Ov. M. XIII. 135.

4. . . . . Mortalia facta peribunt,  
Nendum sermonum stet honos et gratia vivax. Hor. ad Pis. 68 u. 69.

5. Quamvis sint sub aqua, sub aqua maledicere tentant. Ov. M. VI. 376.  
Quamvis multa meis exiret victima saeptis,  
Pinguis et ingratiae premeretur caseus urbi,  
Non unquam gravis aere domum mihi dextra redibat. Verg. Ecl. I. 34—36.  
Tota licet veteres exornent undique cereae  
Atria; nobilitas sola est atque unica virtus. Iuv. VIII. 19 u. 20.  
Te licet orantem fuscae deus audiat aulae:  
Nempe tuas lacrimas litora surda bibent. Prop. IV. 11. 5 u. 6.  
Tuta frequensque via est per amici fallere nomen:  
Tuta frequensque licet sit via, crimen habet. Ov. Ars Am. I. 585 u. 586.  
Licet superbus ambules pecunia,  
Fortuna non mutat genus. Hor. Ep. IV. 5 u. 6.  
Dicam equidem, licet arma mihi mortemque minentur. Verg. Aen. XI. 348.  
Pauca licet portes argenti vascula puri,  
Nocte iter ingressus gladium contumque timebis. Iuv. X. 19 u. 20.  
Qui statuit aliquid parte inaudita altera,  
Aequum licet statuerit, haud aequus fuit. Sen. Med. II. 199.  
Ipse licet venias Musis comitatus, Homere,  
Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras. Ov. Ars Am. II. 279 u. 280.  
Bacchus et afflictis requiem mortalibus adfert,  
Crura licet dura compede pulsa sonent. Tib. I. 7. 41 u. 42.  
Quisquis amator erit, Scythicus licet ambulet oris:  
Nemo adeo, ut noceat, barbarus esse volet. Prop. III. 16. 13 u. 14.  
Ille licet ferro cautus se condat et aere:  
Mors tamen inclusum prostrahit inde caput. Prop. III. 18. 25 u. 26.

Hic Priamus, quamquam in media iam morte tenetur,  
Non tamen abstinuit nec voci iraeque pepercit. Verg. Aen. II. 533 u. 534.  
Nam quamquam ferus hostis erat, tamen illud ab uno  
Corpore et ex una pendebat origine bellum. Ov. M. I. 185 u. 186.  
Haec quamquam amisit veteres cum corpore sensus,  
Flet tamen et tepidae manant ex arbore guttae. Ov. M. X. 499 u. 500.  
Nam quamquam sapor est allata dulcis in unda,  
Gratius ex ipso fonte bibuntur aquae. Ov. ex Ponto III. 5. 17 u. 18.  
Nam, quamquam antiquae gentis superant tibi laudes,  
Non tua maiorum contenta est gloria fama. Tib. IV. 1. 28 u. 29.  
Ah miser, etsi quis primo periuria celat,  
Sera, tamen tacitis Poena venit pedibus. Tib. I. 9. 3 u. 4.  
Quamquam o si solitae quidquam virtutis adesset! Verg. Aen. XI. 415.

(§ 255.)

I. In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae  
Lustrabunt, convexa polus dum sidera pascet,  
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt. Verg. Aen. I. 607—609.  
Vivet Maeonides, Tenedos dum stabit et Ide,  
Dum rapidas Simois in mare volvet aquas. Ov. Amor. I. 15. 9 u. 10.  
At tu, dum primi floret tibi temporis aetas,  
Utere: non tardo labitur illa pede. Tib. I. 8. 47 u. 48.  
Dum iuga montis aper, fluvios dum piscis amabit,  
Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadae,  
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt. Verg. Ecl. V. 76—78.  
Dumque suis septem victrix de montibus orbem  
Prospiciet domitum Martia Roma, legar. Ov. Trist. III. 7. 51 u. 52.  
Dum licet, in rebus iucundis vive beatus. Hor. S. II. 6. 96.  
Dum potuit, solita gemitum virtute repressit. Ov. M. IX. 163.  
Dum tecum vixi, dum me levis aura ferebat,  
Haec mea per placidas cumba cucurrit aquas. Ov. Trist. III. 4. 15 u. 16.  
Est in conspectu Tenedos, notissima fama  
Insula, dives opum, Priami dum regna manebant. Verg. Aen. II. 21 u. 22.  
Dulces exuviae, dum fata deusque sinebant,  
Accipite hanc animam meque his exsolvit curis. Verg. Aen. IV. 651 u. 652.  
Dum tamen et ventis dubius iactabar et undis,  
Fallebat curas aegraque corda labor. Ov. Trist. III. 2. 15 u. 16.  
..... Quoad vixit, creditit ingens  
Pauperiem vitium et cavit nihil acerius . . . Hor. S. II. 3. 91 u. 92.  
Donec erunt ignes arcusque Cupidinis arma,  
Discentur numeri, culte Tibulle, tui. Ov. Amor I. 15. 27 u. 28.

Carpe viam, donec venias ad fluminis ortus. Ov. M. IX. 139.  
Clarus eris Romae, donec te deserat aetas. Hor. E. I. 20. 10.  
Tempus inane peto requiem spatiumque furori,  
Dum mea me victimam doceat fortuna dolere. Verg. Aen. IV. 433 u. 434.  
Tutior est requies, solito dum flumina currant  
Limite, dum tenues capiat suus alveus undas. Ov. M. VIII. 557 u. 558.  
..... Qui recte vivendi prorogat horam,  
Rusticus exspectat, dum defluat amnis: at ille  
Labitur et labetur in omne volubilis aevum. Hor. E. I. 241—243.  
Multus quoque est bello passus, dum conderet urbem,  
Inferretque deos Latio, genus unde Latinum. Verg. I. 5 u. 6.  
Litore Threicio classem religarat Atrides,  
Dum mare pacatum, dum ventus amicior esset. Ov. M. XIII. 439 u. 440.  
Tu modo posce deos veniam, sacrisque litatis  
Indulge hospitio, causasque innecte morandi,  
Dum pelago desaevit hiems et aquosus Orion. Verg. Aen. IV. 50—52.  
Cervus equum pugna melior communibus herbis  
Pellebat, donec minor in certamine longo  
Imploravit opes hominis frenumque recepit. Hor. E. I. 10. 34—36.

. . . Sic placida populos in pace regebat,  
Deterior donec paulatim ac decolor aetas  
Et belli rabies et amor successit habendi. Verg. Aen. VIII. 325—327.  
Ille canit: pulsae referunt ad sidera valles,  
Cogere donec oves stabulis numerumque referri  
Iussit et invito processit Vesper Olympo. Verg. Ecl. VI. 84—86.  
Attonitusque malis exsul mentisque domusque  
Vultibus Eumenidum matris agitabitur umbris,  
Donec eum coniunx fatale poposcerit aurum,  
Cognatumque latus Phegeius hauserit ensis. Ov. M. IX. 409—411.

**2.** Tydides multa vastabat caede cruentus,  
Ardentesque avertit equos in castra, priusquam  
Pabula gustassent Troiae Xanthumque bibissent. Verg. Aen. I. 471—473.  
Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat  
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,  
Ante, Pudor, quam te violo aut tua iura resolvo. Verg. Aen. IV. 23. 24 u. 26.  
Sed non ante datam cingetis moenibus urbem,  
Quam vos dira fames nostraenque iniuria caedis  
Ambesas subigat malis absumere mensas. Verg. Aen. IV. 255—257.  
Ante leves ergo pascentur in aquore cervi  
Et freta constituent nudos in litore pisces,  
Quam nostro illius labatur pectore vultus. Verg. Ecl. I. 60. 61 u. 64.  
Muta prius vasto labentur flumina ponto,  
Quam tua sub nostro mutetur pectore cura. Prop. I. 15. 29 u. 31.  
Nec prius absistit, quam septem ingentia victor  
Corpora fundat humi et numerum cum navibus aequet. Verg. Aen. I. 192 u. 193.  
Continuo culpam ferro compesce, priusquam  
Dira per incautum serpent contagia vulgus. Verg. Georg. 468 u. 469.  
Nec prius obticuit quam guttura condidit arbor. Ov. M. XIV. 523.  
Quam bene Saturno vivebant rege, priusquam  
Tellus in longas est patefacta vias. Tib. I. 3. 35 u. 36.  
Tace, inquit, ante hoc novi, quam tu natus es. Phaedr. V. 9. 4.  
Nos quoque quae ferimus, tulumus patientius ante  
Quam mala sunt longo multiplicata die. Ov. Trist. IV. 6. 37 u. 38.

(§ 256.)

**I.** 1. Vendere cum possis captivum, occidere noli. Hor. E. I. 16. 19.  
Cum sis mortalis, quae sunt mortalia, cura. Cato Dist. II. 2.  
Miraris, cum tu argento post omnia ponas,  
Si nemo praestet, quem non merearis, amorem. Hor. S. I. 1. 86 u. 87.  
Cum te mortalem noris, praesentibus explie  
Deliciis animum: post mortem nulla voluptas. Anth. Lat. 911. (Riese).  
Peccatum fateor, cum te sic tempore laevo  
Interpellarim: sed des veniam bonus oro. Hor. S. II. 4. 4 u. 5.

Fallit enim vitium specie virtutis et umbra,  
Cum sit triste habitu vultuque et veste severum,  
Nec dubie tamquam frugi laudetur avarus. Iuv. XIV. 109—111.  
Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,  
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum? Hor. S. I. 3. 25 u. 26.  
Adolescens cum sis, tum cum est sanguis integer,  
Rei tuae quaerenda convenit operam dare. Plaut. Merc. III. 2. 7.  
Infantem nudum cum te natura crearit,  
Paupertatis onus patienter ferre memento. Cato. Dist. I. 21.  
Cum recte vivas, ne cures verba malorum:  
Arbitrii non est nostri, quid quisque loquatur. Cato. Dist. III. 2.

2. Cumque sit ignis aquae pugnax, vapor humidus omnes  
Res creat et discors concordia fetibus apta est. Ov. M. I. 432 u. 433.  
..... Cum sint hic forsitan illa,  
Haec translata illuc, summa tamen omnia constant. Ov. M. XV. 227 u. 228.  
Creverunt et opes et opum furiosa cupido,  
Et, cum possideant plurima, plura petunt. Ov. Fast. I. 211 u. 412.  
..... Teucer Salamina patremque  
Cum fugeret, tamen uda Lyaeo  
Tempora populea fertur cinxisse corona. Hor. Od. I. 7. 21—23.  
..... Cum bene notum  
Porticus Agrippae et via te conspexerit Appi,  
Ire tamen restat, Numa quo devenit et Ancus. Hor. E. I. 6. 25—27.  
Vincere cum possis, interdum cede sodali:  
Obsequio quoniam dulces refinentur amici. Cato. Dist. I. 34.  
Ergo cum silices, cum dens patientis aratri  
Depereant aevo, carmina morte carent. Ov. Amor. I. 15. 31 u. 32.  
Nil bene cum facias, facias tamen omnia belle. Mart. Ep. II. 7. 7.  
Cum faceret Nioben orbam Latonia proles,  
Non tamen hanc siccias iussit habere genas. Ov. Trist. V. 1. 57 u. 58.  
Hie tamen indicio poenam linguaque videri  
Commeruisse potest. Vobis, Acheloides, unde  
Pluma pedesque avium, cum virginis ora geratis? Ov. M. V. 551—553.  
Parvula, nam exemplo est, magni formica laboris  
Non usquam prorexit et illis utitur ante  
Quaesitis sapiens, cum te neque fervidus aestus  
Demoveat lucro, neque hiems, ignis, mare, ferrum.  
Nil obstet tibi, dumne sit te ditior alter. Hor. S. I. 33, 37—40.

3. O quotiens, cum iam posset transire, morata est,  
Spectatosque diu vultus invita reliquit. Ov. M. X. 661 u. 662.  
Aridum et ore ferens acinum semesaque lardi  
Frusta dedit, cupiens varia fastidia cena  
Vincere tangentis male singula dente superbo,  
Cum pater ipse domus palea porrectus in horna  
Esset ador loliumque, dapis meliora relinquens. Hor. S. II. 6. 85—89.

Pronaque cum spectent animalia cetera terram,  
Os homini sublime dedit, caelumque tueri  
Iussit et erectos ad sidera tollere vultus. Ov. M. I. 84—86.  
Paruit et vivit. Non haec sententia tantum  
Fida sed et felix, cum sit satis, esse fidelem. Ov. M. XIII. 318 u. 319.

4. Arcados hinc sedes et inhospita tecta tyranni  
Ingredior, traherent cum sera crepuscula noctem. Ov. M. I. 218 u. 219.  
Tempora digereret cum conditor Urbis, in anno  
Constituit menses quinque bis esse suo. Fast. I. 27 u. 28.  
Praecipue, cum iam hic trabibus contextus acernis  
Staret equus, toto sonuerunt aethere nimbi. Verg. Aen. II. 112 u. 113.  
Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno  
Infelix Priamus furtim mandarat alendum  
Threicio regi, cum iam diffideret armis  
Dardaniae cingique urbem obsidione videret. Verg. Aen. III. 49—52.  
Saepe Iovem vidi, cum iam sua mittere vellet  
Fulmina, ture dato sustinuisse manus. Ov. Fast. IV. 301 u. 302.  
Hinc exaudiri voces et verba vocantis  
Visa viri, nox cum terras obscura teneret. Verg. Aen. V. 460 u. 461.  
Quosve dabus gemitus, cum litora fervere late  
Prospiceres arce ex summa, totumque videres  
Misceri ante oculos tantis clamoribus aequor! Verg. Aen. IV. 409—411.  
Hunc procul errantem rabidae venantis Iuli  
Commoveare canes, fluvio cum forte secundo  
Deflueret, ripaque aestus viridante levaret. Verg. Aen. VII. 493—495.  
Hanc laurum inventam, primas cum conderet arces,  
Ipse ferebatur Phoebo sacrasse Latinus,  
Laurentesque ab ea nomen posuisse colonis. Verg. Aen. VII. 61—63.  
Cum canerem reges et proelia, Cynthius aurem  
Vellit et admonuit: Pastorem, Tityre, pingues  
Pascere oportet oves, deductum dicere carmen. Verg. Ecl. VI. 3—5.  
Cum traheret silvas Orpheus et dura canendo  
Saxa, bis amissa coniuge maestus erat. Ov. Trist. IV. 1. 17 u. 18.  
Pauper erat Curius, cum reges vinceret armis,  
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurum. Claud. de IV. cons. Hon. 413 u. 414.  
Cum fueret lutulentus, erat quod tollere velles. Hor. S. I. 4. 11.  
Cum adsectaretur: num quid vis? occupo. At ille:  
Noris nos, inquit, docti sumus. . . . Hor. S. I. 9. 6 u. 7.  
Hostem cum fugeret, se Fannius ipse peremit,  
Hic rogo non furor est, ne moriare, mori? Mart. Ep. II. 80.  
Ipse ego solator, cum iam mandata dedisset,  
Quaerebam tardas anxius usque moras. Tib. I. 3. 15 u. 16.  
Cum te non nossem, dominum regemque vocabam:  
Nunc bene te novi: iam mihi Priscus eris. Mart. Ep. I. 92.



**III.** 1. Hos operis comites habuit Sidonius hospes,  
Cum posuit iussam Phoebeis sortibus urbem. Ov. M. III. 129 u. 130.  
Illa nocte mihi Troiae victoria parta est.  
Pergama tunc vici, cum vinci posse coegi. Ov. M. XIII. 348 u. 349.  
Quae nemora aut qui vos saltus habuere, puellae  
Naides, indigno cum Gallus amore peribat? Verg. Ecl. X. 9 u. 10.  
Sensit Alexander, testa cum vidit in illa  
Magnum habitatorem, quanto felicior hic, qui  
Nil cuperet, quam qui totum sibi posceret orbem. Iuv. XIV. 311—313.  
Ante suos Niobe thalamos cognoverat illam,  
Tum cum Maeoniam virgo Sipylumque colebat. Ov. M. VI. 148 u. 149.  
Tunc melius tenuere fidem, cum paupere cultu  
Stabat in exigua ligneus aede deus. Tib. I. 10. 19 u. 20.  
Tum, cum tristis erat, defensa est Ilios armis.  
Militibus gravidum laeta recepit equum. Ov. Ars Am. I. 363 u. 364.  
Tum decuit, cum sceptra dabus. — En dextra fidesque! Verg. Aen. IV. 597.  
Hector erat tunc cum bello certabat, at idem  
Tractus ab Haemonio non erat Hector equo. Ov. Trist. III. 11. 27 u. 28.  
Cum semel occideris et de te splendida Minos  
Fecerit arbitria,  
Non, Torquate, genus, non te facundia, non te  
Restituet pietas. Hor. Od. IV. 7. 21—24.  
Voverat hoc iuvenis tunc, cum pia sustulit arma. Ov. Fast. V. 569.  
Tempus erit, cum vos orbemque tuebitur idem. Ov. Fast. I. 529.  
Tempus erit, cum de tanto me corpore parvam  
Longa dies faciet, consumptaque membra senecta  
Ad minimum redigentur onus. Ov. M. XIV. 147—149.

---

2. Cum clamant omnes, loqueris tunc, Naevoie, tantum,  
Et te patronum causidicumque putas. Mart. Ep. I. 97. 1 u. 2.  
Quid sapiens faciet, stultus cum munere gaudet? Ov. Ars. Am. III. 655.  
Cum furor in cursu est, currenti cede furori:  
Difficiles aditus impetus omnis habet. Ov. R. A. 119 u. 120.  
Luce sinit pasci. Cum sol tellure sub alta est,  
Claudit et indigno circumdat vincula collo. Ov. M. I. 630 u. 631.  
Sic agitur censura et sic exempla parantur,  
Cum vindex, alios quod monet, ipse facit. Ov. Fast. VI. 647 u. 648.  
Principiis obsta. Sero medicina paratur,  
Cum mala per longas convaluere moras. Ov. R. A. 91 u. 92.  
Cum fortuna manet, vultum servatis, amici;  
Cum cecidit, turpi vertitis ora fuga. Petron. c. 80.  
Iratus cum ad se rediit, sibi tum irascitur. Publ. Syr. 271.  
Cum fueris felix, quae sunt adversa caveto:  
Non eodem cursu respondent ultima primis. Cato Dist. I. 18.  
Male imperatur, cum regit vulgus duces. Sen. Oct. 579.  
Et cum tempora temporibus praesentia confert  
Praeteritis, laudat fortunas saepe parentis. Lucre. II. 1165 u. 1166.

Qui obesse non vult cum potest, prodesse vult. Publ. Syr. 527.  
Tum bene fortis equus reserato carcere currit,  
    Cum quos praetereat quosque sequatur, habet. Ov. Ars Am. III. 595 u. 596.  
Nec tua laudabis studia aut aliena reprendes,  
Nec, cum venari volet ille, poemata panges. Hor. E. I. 18. 39 u. 40.  
Pascitur in vivis livor, post fata quiescit,  
    Cum suus ex merito quemque tueretur honos. Ov. Amor. I. 15. 39 u. 30.  
Invitas tunc me, cum scis, Nasica, vocasse.  
    Excusatum habeas me rogo: ceno domi. Mart. Ep. II. 79.  
Noscenda est mensura sui spectandaque rebus  
In summis minimisque, etiam cum piscis emetur. Iuv. XI. 35 u. 36.  
Tunc quoque, cum pax est, trepidant formidine belli,  
    Nec quisquam presso vomere sulcat humum. Ov. Trist. III. 10. 67 u. 68.  
Cum mare compositum est, securus navita cessat:  
    Cum tumet, auxiliis adsidet ille suis. Ov. Ars Am. III. 259 u. 260.  
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni,  
    Pugna suum finem, cum iacet hostis, habet. Ov. Trist. III. 5. 34.  
Cum volet, illa dies, quae nil nisi corporis huius  
    Ius habet, incerti spatium mihi finiat aevi. Ov. M. XV. 873 u. 874.  
O quid solutis est beatus curis,  
Cum mens onus reponit, ac peregrino  
Labore fessi venimus larem ad nostrum. Cat. 31. 7—9.  
Tutus eram iaculo, sed cum satiata ferinae  
Dextera caedis erat, repetebam frigus et umbras. Ov. M. VII. 808 u. 809.  
Non mihi pigra nocent hibernae frigora noctis,  
    Non mihi, cum multa decidit imber aqua. Tib. I. 2. 29 u. 30.  
Porrigis irato pueru cum poma, recusat. Hor. S. II. 3. 258.  
Cum laqueo uxorem interimis matremque veneno,  
Incolumi capite es? Quid enim? neque tu hoc facis Argis,  
Nec ferro, ut demens, genitricem occidis Orestes. Hor. S. II. 3. 131—133.  
Quid, caput abscissum manibus cum portat Agave  
Gnati infelcis, sibi tum furiosa videtur? Hor. S. II. 3. 303 u. 304.  
Tot iam abierte dies, cum me nec cura theatri  
    Nec tetigit campi nec mea musa iuvat. Prop. II. 16. 33 u. 34.

---

3. Ulterius medio spatium sol altus habebat,  
Cum subit illa nemus, quod nulla ceciderat aetas. Ov. M. II. 417 u. 418.  
Dona deum templis, nato victore, ferebat,  
Cum videt extinctos fratres Althaea referri. Ov. M. VIII. 445 u. 446.  
Iamque propinquabant castris muroque subibant,  
Cum procul hos laevo flectentes limite cernunt. Verg. Aen. IX. 371 u. 372.  
Et iam fortis erat, pulsusque recesserat ardor,  
Cum videt Aesoniden, extinctaque flamma revixit. Ov. M. VII. 76 u. 77.  
Iamque rubescet stellis Aurora fugatis,  
Cum procul obscuros colles humilemque videamus  
Italiam. Italianum primus conclamat Achates. Verg. Aen. III. 521—23.

Iura dabant legesque viris, operumque laborem  
Partibus aequabat iustis aut sorte trahebat:  
Cum subito Aeneas concursu accedere magno  
Anthea Sergestumque videt fortemque Cloanthum. Verg. Aen I. 507—510.  
Et iam stellarum sublime coegerat agmen  
Lucifer undecimus, Lydos cum laetus in agros  
Rex venit et juveni Silenum reddit alumno. Ov. M. XI. 97—99.  
Vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddit. Verg. Aen. II. 323.  
Vix ea fatus erat, cum circumfusa repente  
Scindit se nubes et in aethera purgat apertum. Verg. Aen. I. 586 u. 587.  
Iamque decem vitae frater geminaverat annos,  
Cum perit, et coepi parte carere mei. Ov. Trist. IV. 10. 31 u. 32.  
Iamque dies aderat, nil cum procedere lntrem  
Sentimus, donec cerebrosus prosilit unus. Hor. S. I. 5. 20 u. 21.  
Iamque ego conabar summo me mittere saxo,  
Cum mihi discussit talia visa metus. Prop. II. 26. 19 u. 20.  
Sed Proculus Longa veniebat Julius Alba,  
Cum subito motu saepes tremuere sinistrae. Ov. Fast. II. 499 u. 501.  
Iamque deos omnes ipsamque Aeneia virtus  
Iunonem veteres finire coegerat iras:  
Cum, bene fundatis opibus crescentis Iuli,  
Tempestivus erat caelo Cythereius heros. Ov. M. XIV. 581—584.  
Vix ita limitibus dissaeperat omnia certis,  
Cum quae pressa diu massa latuere sub illa,  
Sidera cooperunt toto effervescente caelo. Ov. M. I. 69—71.  
Vix bene combiberant ignotos guttura sucos,  
Cum subito trepidare intus praecordia sensi  
Alteriusque rapi naturae pectus amore. Ov. M. XIII. 944—946.  
Ille cubans gaudet mutata sorte bonisque  
Rebus agit laetum convivam, cum subito ingens  
Valvarum strepitus lectis excussit utrumque. Hor. S. II. 6. 110—112.  
Dies triginta aut plus eo in navi fui,  
Cum interea semper mortem expectabam miser. Ter. Hec. III. 4. 7 u. 8.

4. Ajax cum immeritos occidit desipit agnos. Hor. S. II. 3. 211.  
Ignoscet igitur, si, quae mihi luctus ademit,  
Haec tibi non tribuo munera, cum neque o. Cat. 68. 31 u. 32.  
Quem recitas meus est, o Fidentine, libellus  
Sed male cum recitas, incipit esse tuus. Mart. Ep. I. 38.

Illus etiam supplex Argo cum bracchia vellat  
Tendere, non habuit quae bracchia tenderet Argo. Ov. M. I. 635 u. 636.

### III. Der Konjunktiv in Relativsätzen. (§ 257).

1. Nihil sane fecit, quod tu reprehendere possis. Hor. S. II. 3. 138.  
Sunt mihi, quae valeant in talia pondera, vires. Ov. M. XIII. 286.

Sunt delicta tamen, quibus ignovisse velimus. Hor. ad Pis. 437.  
Nil admirari prope res est una, Numici,  
Solaque, quae possit facere et servare beatum. Hor. E. I. 6. 1 u. 2.  
Nil adeo magnum nec tam mirabile quicquam,  
Quod non paulatim minuant mirarier omnes. Luer. II. 1027 u. 1028.  
Talis erat cultu; facies, quam dicere vere  
Virgineam in puerō, puerilem in virgine possis. Ov. M. VIII. 322 u. 323.  
Et modo nescio quid similis crudele minanti  
Vultus erat, modo quem misereri credere posses. Ov. M. VIII. 467 u. 468.  
Nil prodest, quod non laedere possit idem. Ov. Trist. II. 266.  
Rara quidem virtus, quam non Fortuna gubernet,  
Quae maneat stabili cum fugit illa pede. Ov. Trist. V. 14. 29 u. 30.  
Hirtus erat crinis, cava lumina, pallor in ore,  
Dura cutis, per quam spectari viscera possent. Ov. M. VIII. 801—803.  
Extremis dantur conubia gentibus, at quae  
Romano vellet nubere, nulla fuit. Ov. Fast. III. 195 u. 196.  
Monstro, quod ipse tibi possis dare: semita certe  
Tranquillae per virtutem patet unica vitae. Iuv. X. 363 u. 364.  
Inveni, germana, viam, — gratare sorori —  
Quae mihi reddit eum, vel eo me solvat amantem. Verg. Aen. IV. 478 u. 479.

Hanc pro Palladio moniti, pro numine laeso  
Effigiem statuere, nefas quae triste piaret. Verg. Aen. II. 183 u. 184.  
Condo et compono, quae mox depromere possim. Hor. E. I. 1. 12.  
Ranae vagantes liberis paludibus  
Clamore magno regem petiere a Iove,  
Qui dissolutos mores vi compesceret. Phaedr. I. 2. 10—12.  
Dona fero Cereris, latos quae sparsa per agros  
Frugiferas messes alimentaque mitia reddant. Ov. M. V. 655 u. 656.  
Non domus ulla fores habuit, non fixus in agris,  
Qui regeret certis finibus arva, lapis. Tib. I. 3. 43 u. 44.  
Nil opus est digitis, per quos arcana loquaris. Ov. Ars Am. I. 137.  
Tum Juno omnipotens Irim demisit Olympo,  
Quae luctantem animam nexosque resolveret artus. Verg. Aen. IV. 694 u. 695.  
(Atque ait) O si quis referat mihi casus Ulixen,  
Aut aliquem e sociis, in quem mea saeviat ira. Ov. M. XIV. 192 u. 193,  
Nascetur pulchra Troianus origine Caesar,  
Imperium Oceano, famam qui terminet astris. Verg. Aen. I. 286 u. 287.  
Huic dea caeruleis unum de crinibus anguem  
Conicit inque sinum praecordia ad intima subdit.  
Quo furibunda domum monstro permisceat omnem. Verg. Aen. VII. 346—348.  
Ignem ergo quaerens aliquot lustravit domos,  
Tandemque invenit, ubi lucernam accenderet. Phaedr. III. 19. 3 u. 4.  
Accipe, quos frenis alte moderere dracones. Ov. M. VIII. 795.  
Vive bidentis amans et culti vilicus horti,  
Unde epulum possis centum dare Pythagoreis. Iuv. III. 228 u. 229.

Et tumulum capit, unde omnes longo ordine posset  
Adversos legere et venientum discere vultus. Verg. Aen. VI. 754 u. 755.  
Non sum, qui soleam Paridis reprehendere factum. Ov. Her. XIX. 49.  
Maior sum quam cui possit fortuna nocere:  
Multaque ut eripiat, multo mihi plura relinquet. Ov. M. VI. 195—196.  
Plura quidem feci, quam quae comprehendere dictis  
In promptu mihi sit; rerum tamen ordine ducar. Ov. M. XIII. 160 u. 161.

(§ 258.)

Lausus equum domitor debellatorque ferarum  
Dicit Agyllina neququam ex urbe secutos  
Mille viros, dignus, patriis qui laetior esset  
Imperiis et cui pater haud Mezentius esset. Verg. Aen. VII. 651—654.  
Segnis ego indignus, qui tantum possideam: aufer! Hor. S. II. 3. 236.  
Dignus Roma locus, quo deus omnis eat. Ov. Fast. IV. 270.  
O Dave, itan contemnor abs te? Aut itane tandem idoneus  
Tibi videor esse, quem tam aperte fallere incipias dolis? Ter. Andr. III. 2. 12 u. 13.  
Victorem captiva sequar, non nupta maritum:  
Est mihi, quae lanas molliat, apta manus. Ov. Her. III. 69 u. 70.  
Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles. Prop. II. 3. 39.

(§ 259.)

Quisquis es, haud credo, invitus caelestibus auras  
Vitales carpis, Tyriam qui adveneris urbem. Verg. Aen. I. 387 u. 388.  
Ingrata es, inquit, ore quae e nostro caput  
Incolumē abstuleris et mercedem postules. Phaedr. I. 8. 9 u. 10.  
Iniquus es, qui me tacere de re tanta postules. Ter. Heaut. IV. 7. 6.  
Mihi, qui id dedissem consilium, egit gratias. Ter. Ad. III. 3. 14.

(§ 260.)

Est mihi, purgatam crebro qui personet aurem. Hor. E. I. 17.  
Cum veniet tibi mors, nec erit qui lugeat ullus,  
Nec qui det maestas manus in exsequias. Tib. II. 4. 43 u. 44.  
Cum flueret lutulentus, erat quod tollere velles. Hor. S. I. 4. 11.  
Sunt qui non habeant, est qui non curat habere. Hor. E. II. 2. 182.  
Sunt qui cum clauso putrefacta est spina sepulcro,  
Mutari credant humanas angue medullas. Ov. M. XV. 389 u. 390.  
Certe aliquid laudare mei cogeris eritque  
Quo tibi sim gratus, meritumque fatebere nostrum. Ov. M. XIV. 722 u. 723.  
Non est, quod timeas: fortuna miserrima nostra est. Ov. Trist. III. 11. 71.  
Nil erit ulterius, quod nostris moribus addat  
Posteritas: eadem cupient facientque minores. Iuv. I. 147 u. 148.

Nulla mora in Turno, nihil est quod dicta retractent  
Ignavi Aeneadae nec, quae pepigere, recusent. Verg. Aen. XII. 11 u. 12.  
Quodque magis mirum, sunt qui non corpora tantum,  
Verum animos etiam valeant mutare liquores. Ov. M. XV. 317 u. 318.  
Et quoniam magno feror aequore, plenaque ventis  
Vela dedi; nihil est toto quod perstet in orbe. Ov. M. XV. 176 u. 177.  
Qui lacriment desunt, indeflataque vagantur  
Natarum matrumque animae, iuvenumque senumque. Ov. M. VII. 611 u. 612.  
O pater, o hominum rerumque aeterna potestas!  
Namque aliud quid sit, quod iam implorare queamus? Verg. Aen. X. 18 u. 19.  
Quantum est, quod desit? Miserere fatenis amorem. Ov. M. IX. 561.  
Est ubi plus tepeant hiemes, ubi gratior aura  
Leniat et rabiem canis et momenta leonis? Hor. E. I. 10. 15 u. 16.  
Est ubi divellat somnos minus invida cura? Hor. E. I. 10. 18.  
Quod tibi si populi donaverit error Achivi,  
Cur spolieris, erit, non cur metuaris ab hoste. Ov. M. XIII. 113 u. 114.  
At si condoluit tentatum frigore corpus  
Aut alius casus lecto te afflixit, habes qui  
Adsideat, fomenta paret, medicum roget, ut te  
Suscitet ac natis reddit carisque propinquis? Hor. S. I. 81—84.  
Omnia cognoram, nec, quod specularer, habebam. Ov. M. XIII. 247.  
Nil habeo, quod agam et non sum piger, usque sequar te. Hor. S. I. 9. 19.  
Formosum pastor Corydon ardebat Alexin,  
Delicias domini nec quid speraret habebat. Verg. Ecl. II. 1 u. 2.  
Quod superat non est melius quo insumere possis? Hor. S. II. 2. 102.  
Nec recito cuiquam nisi amicis idque coactus,  
Non ubivis coramve quibuslibet. In medio qui  
Scripta foro recitent, sunt multi, quique lavantes. Hor. S. I. 4. 73—75.  
Sunt quidam, qui me dicant non esse poetam. Mart. Ep. XIV. 194. 1.  
Facta canam; sed erunt, qui me finxisse loquantur,  
Nullaque mortali numina visa putent. Ov. Fast. VI. 2 u. 3.  
Tum pius Anchises; O Phoebi lecte sacerdos,  
Fallor, an et natum, cum primum haec moenia vidi,  
Bisque duas natas, quantum reminiscor, habebas? Ov. M. XIII. 640—642.

---

(§ 261.)

Utar et ex modico, quantum res poscet, acervo  
Tollam nec metuam, quid de me iudicet heres,  
Quod non plura datis invenerit. Hor. E. II. 2. 190—192.  
Graecus Aristippus tum servos proicere aurum  
In media iussit Libya, quia tardius irent  
Propter onus segnes. Hor. Sat. II. 3. 100—102.  
Is genus indocile ac dispersum montibus altis  
Composuit legesque dedit Latiumque vocari  
Maluit, his quoniam latuisset tatus in oris. Verg. Aen. VIII. 321—323.

---

§ 262.

Certe hinc Romanos olim, volventibus annis,  
Hinc fore ductores, revocato a sanguine Teueri,  
Qui mare, qui terras omni dictione tenerent,  
Pollicitus, quae te, genitor, sententia vertit? Verg. Aen. I. 234—237.  
Ac ne forte putas, me, quae facere ipse recusem,  
Cum recte tractent alii, laudare maligne:  
Ille per extum funem mihi posse videtur  
Ire poeta, meum qui pectus inaniter argit. Hor. E. II. 1. 208—211.  
Ille meas errare boves, ut cernis, et ipsum  
Ludere, quae vellem, calamo permisit agresti. Verg. Ecl. I. 1. 9 u. 10.

2. Rex sum. Nil ultra quaero plebeius. Et aequam  
Rem imperito; ac si cui videor non iustus, iulto  
Dicere quod sentit permitto. Hor. S. II. 3. 188—190.  
Postulat ut capiat, quae non intellegit, arma. Ov. M. XIII. 295.  
At si forte velis in nos inquirere, nemo est,  
Qui se, quod patitur, commeruisse neget. Ov. ex Ponto III. 6. 33 u. 34.

Der Konjunktiv in indirekten Fragen. (§ 263. vergl. § 176. Anmerk. 2).  
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas? Verg. Ecl. II. 6.  
Hiscine versiculis speras tibi posse dolores  
Atque aestus curasque graves e pectore pelli? Hor. S. I. 2. 109 u. 110.  
Tu nihil in magno doctus reprehendis Homero? Hor. S. I. 10. 60.  
Idem eadem possunt horam durare probantes? Hor. E. I. 1. 82.  
Quis sibi res gestas Augusti scribere sumit? Hor. E. I. 3. 7.  
Quis furor est atrum bellis arcessere Martem? Tib. I. 10. 33.  
Quid facitis? quis clamor? ait, qua, dicite, nautae  
Huc ope perveni? quo me deferre paratis? Ov. M. III. 632 u. 633.  
Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?  
Num lacrimas victus dedit aut miseratus amantem est? Verg. Aen. IV. 369 u. 370.  
Nonne, cupidinibus statuat natura modum quem,  
Quaerere plus prodest et inane abscindere soldo? Hor. S. I. 2. 111 u. 113.  
Nonne vides etiam guttas in saxa cadentes  
Humores longo in spatio pertundere saxa? Lucre. IV. 1280 u. 1281.  
Verane te facies, verus mihi nuntius adfers? Verg. Aen. III. 310.  
Respic quid moneant leges, quid curia mandet. Iuv. VIII. 91.  
Cura quid expediat, prius est, quam quid sit honestum. Ov. ex Ponto II. 3. 9.  
Tecum habita et noris, quam sit tibi curta supellex. Persius IV. 52.  
Tu quotus esse velis rescribe et rebus omissis  
Atria servantem postico falle clientem. Hor. E. I. 5. 29 u. 30.  
Intererit multum, divisne loquatur an heros,  
Maturusne senex an adhuc florente iuventa  
Fervidus, et matrona potens an sedula nutrix,  
Mercatorne vagus cultorne virentis agelli,  
Colchus an Assyrus, Thebis nutritus an Argis. Hor. ad Pis. 114—119.

Inter cuncta leges et percontabere doctos,  
Qua ratione queas traducere leniter aevum,  
Num te semper inops agitet vexetque cupido,  
Num pavor et rerum mediocriter utilium spes,  
Virtutem doctrina paret naturane donet:  
Quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum,  
Quid pure tranquillet, honos an dulce lucellum,  
An secretum iter et fallentis semita vitae. Hor. E. I. 18. 96—103.  
Stultitiae erret, nihilum distabit, an ira. Hor. S. II. 3. 210.  
Tene magis salvum populus velit, an populum tu,  
Servet in ambiguo, qui consulit et tibi et urbi. Hor. E. I. 16. 27 u. 28.  
Recte necne crocum floresque perambulet Attae  
Fabula si dubitem, clament periisse pudorem. Hor. E. II. 1. 80 u. 81.  
Quid refert dictis ignoscat Mucius annon? Iuv. I. 154.  
Scire velis mea cur ingratius opuscula lector  
Landet ametque domi, premat extra limen iniquus. Hor. E. I. 19. 35 u. 36.  
..... Mors sola fatetur,  
Quantula sint hominum corpuscula. Iuv. X. 172.

1. Dic age, num cantu poteris depellere pestem? Poet. I. m. II. 658. 7.  
Qui iuvenes! Quantas ostentant, adspice, vires! Verg. Aen. VI. 771.  
Adspice, venturo laetantur ut omnia saeclo. Verg. Ecl. IV. 52.  
Dic, qua Tisiphone, quibus exagitare colubris? Iuv. VI. 29.  
Adspice, ut insignis spoliis Marcellus opimis  
Ingreditur victorque viros supereminet omnes. Verg. Aen. VI. 855 u. 856.

2. Nescio quis teneros oculos mihi fascinat agnus. Verg. Ecl. III. 103.  
Spem mihi nescio quam vulta promittis amico. Ov. M. III. 457.  
Nescio qua natale solum dulcedine cunctos  
Dicit, et immemores non sinit esse sui. Ov. ex Ponto, I. 3. 35 u. 36.  
Flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua  
Murmurat examinis, respondent flebile ripae. Ov. M. XI. 52 u. 53.  
Cedite Romani scriptores, cedite Grai:  
Nescio quid maius nascitur Iliade. Prop. III. 33. 65 u. 66.

3. Hic tibi nunc cordi est, hunc tu praeponere nobis  
Audes et nescis quod facinus facias. Catull 81. 5 u. 6.  
Elige, utrum facias. Non hoc inimica precatur. Ov. M. IX. 548.

4. Ambigitur quoties uter utro sit prior, aufert  
Pacuvius docti famam senis, Accius alti. Hor. E. II. 1. 55 u. 56.  
Quae quibus anteferam? Iam iam nec maxima Iuno  
Nec Saturnius haec oculis pater adspicit aequis. Verg. Aen. IV. 370 u. 371.

#### Vom Gebrauch des Imperativs. (§ 264.)

Vive memor leti, fugit hora: hoc quod loquor, inde est. Pers. V. 153.  
Aut famam sequere aut sibi convenientia finge. Hor. ad Pis. 119.



Vive velut rapto fugitivaque gaudia carpe. Mart. Ep. VII. 47. 11.  
Linque tuas sedes alienaque litora quaere,  
O iuvenis! maior rerum tibi nascitur ordo. Petr. fragm. 27.  
Da spatium vitae, multos da Iuppiter annos! Iuv. X. 188.  
Aut mihi redde meos aut me quoque conde sepulcro. Ov. M. VII. 618.  
I nunc et veterum nobis exempla virorum,  
Qui forti casum mente tulere, refer. Ov. ex Ponto I. 3. 61 u. 62.  
Prospera lux oritur: linguis animisque favete:  
Nunc dicenda bono sunt bona verba die. Ov. Fast. I. 71 u. 72.  
Consulite in medium et rebus succurrite fessis. Verg. Aen. XI. 335.  
In tacito cohibe gaudia clausa sinu. Prop. II. 24. 30.  
Taedia quaere mali: faciunt et taedia finem. Ov. R. A. 539.  
Ludite: eunt anni more fluentis aquae. Ov. Ars Am. III. 62.  
Crede mihi, miseris caelestia numina parcunt,  
Nec semper laeos et sine fine premunt. Ov. ex Ponto III. 6. 21 u. 22.  
Dilige sic alios, ut sis tibi carus amicus,  
Sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur. Cato Dist. I. 11.  
Salve, laeta dies, meliorque revertere semper. Ov. Fast. I. 87.  
Quisquis ades, lingua, vir mulierque fave. Tib. II. 2. 2.  
Casta placent superis: pura cum veste venite  
Et manibus puris sumite fontis aquam. Tib. II. 1. 13 u. 14.  
Vivite felices, memores et vivite nostri,  
Sive erimus seu nos fata fuisse velint. Tib. III. 5. 31 u. 32.  
Vive tibi, quantumque potes praelustria vita. Ov. Trist. III. 4. 5.  
Accipe quam primum; brevis est occasio lucri. Mart. Ep. VIII. 9. 3.  
I nunc, tolle animos et fortia gesta recenze. Ov. Her. IX. 105.  
Durate et vosmet rebus servate secundis. Verg. Aen. I. 207.  
Discite iustitiam moniti et non temnere divos. Verg. Aen. VI. 620.  
Este procul lites et amarae proelia linguac. Ov. Ars Am. II. 151.  
(Non laudem merui). Vos exemplaria Graeca  
Nocturna versate manu, versate diurna. Hor. ad Pis. 268 u. 269.  
..... Quocirca vivite fortes,  
Fortiaque adversis opponite pectora rebus. Hor. S. II. 2. 135 u. 136.  
Carpite de plenis pendentes vitibus uvas. Ov. Amor. I. 10. 55.  
At vos exiguo pecori furesque lupique  
Parcite, de magno est praeda petenda grege. Tib. I. 1. 33 u. 34.  
Incipe: dimidium facti est, coepisse. Supersit  
Dimidium: rursum hoc incipe et efficies. Aus. Epigr. 81.  
Esto, ut nunc multi, dives tibi, pauper amicis! Iuv. V. 113.  
Intra fortunam quisque maneto suam. Ov. Trist. III. 4. 25.  
At tu, qui laetus rides mala nostra, caveto  
Mox tibi: non uni saeviet usque deus. Tib. I. 2. 87 u. 88.  
Non satis est pulchra esse poemata; dulcia sunto,  
Et quocumque volent, animum auditoris agunto. Hor. ad Pis. 99 u. 100.  
Quid de quoque viro et cui dicas, saepe videto. Hor. E. I. 18. 68.

1. Rebus in adversis melius sperare memento. Cato Dist. IV. 26.  
Ita fit; sed unum hoc scito, nimio celerius  
Venire quod tu nolis, quam illud quod petas. Plaut. Most. 72 u. 73.

2. Si non unius, quaeso, miserere duorum. Prop. II. 28. 41.  
Da veniam, quaeso; nimioque ignosce timori:  
Tranquillas etiam naufragus horret aquas. Ov. ex Ponto II. 7. 7 u. 8.  
Cum pateris sapiens emendatusque vocari:  
Respondesne tuo, dic, sodes, nomine? Nempe  
Vir bonus et prudens dici delector ego ac tu. Hor. E. I. 16. 30—32.  
Roscia, dic sodes, melior lex an puerorum est  
Naenia, quae regnum recte facientibus offert. Hor. E. I. 1. 62 u. 64.  
Parce oculis, hospes, luceoque abscede verendo:  
Cede agedum, et tuta limina linque fuga. Prop. IV. 9. 53 u. 54.  
3. Aetheream servate deam: servabitis urbem. Ov. Fast. VI. 427.  
Insere, Daphni, piros; carpent tua poma nepotes. Verg. Ecl. IX. 50.

(§ 265.)

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito. Verg. Aen. VI. 95.  
O formose puer, nimium ne credere colori. Verg. Ecl. II. 17.  
Tu quamcumque deus tibi fortunaverit horam,  
Grata sume manu neu dulcia differ in annum. Hor. E. I. 11. 22 u. 23.  
Admonui quotiens: auro ne pollue formam;  
Saepe solent auro mala subesse mala. Tib. I. 9. 17 u. 18.  
Instrue praeceptis animum; ne discere cessa;  
Nam sine doctrina vita est quasi mortis imago. Cato Dist. III. 1.  
Plus alius de te, quam tu tibi, credere noli. Cato Dist. I. 14.  
Cum sis incautus nec rem ratione gubernes,  
Noli fortunam, quae non est, dicere caecam. Cato Dist. IV. 3.  
Tu seu donaris seu quid donare voles cui,  
Nolito ad versus tibi factos ducere plenum  
Laetitia: clamabit enim: Pulchre! bene! recte! Hor. ad Pis. 426—428.  
Ambo animis, ambo insignes praestantibus armis;  
Hic pietate prior. Coeant in foedera dextrae,  
Qua datur; ast armis concurrant arma cavete. Verg. Aen. XI. 291—293.  
Tempora ne culpes, cum sis tibi causa doloris. Cato Dist. II. 30.  
Tu nihil invita dices faciesque Minerva. Hor. ad Pis. 385.  
Quid sit futurum eras, fuge quaerere. Hor. Od. I. 9. 13.  
Cum tibi contigerit vultum Iunonis adire,  
Fac sis personae, quam tueare, memor. Ov. ex Ponto III. 1. 145 u. 146.  
Fac tantum incipias, sponte disertus eris. Ov. Ars Am. I. 610.  
Tu quoque fac timeas et quae tibi laeta videntur,  
Dum loqueris, fieri tristia posse puta. Ov. ex Ponto I. 19. 1 u. 2.  
Imprimat his, cura, Maecenas signa tabellis. Hor. S. II. 6. 38.

Vom Gebrauch des Infinitivus. (§ 266).

Velle suum cuique est nec voto vivitur uno. Pers. V. 53.  
Rebus in angustis facile est contemnere vitam. Mart. Ep. XI. 75. 15.

Difficile est longum subito deponere amorem. Cat. 77. 13.  
Heu quam difficile est crimen non prodere vultu. Ov. M. II. 447.  
Tempus in agrorum cultu consumere dulce est. Ov. ex Ponto II. 7. 69.  
Non minor est virtus, quam quaerere, parta tueri. Ov. Ars Am. II. 13.  
Est aliquid, fatale malum per verba levare. Ov. Trist. V. 1. 59.  
Est aliquid valida sceptrta tenere manu. Ov. R. A. 480.  
Eximia est virtus praestare silentia rebus. Ov. Ars Am. II. 603.  
Est virtus placitis abstinusse bonis. Ov. Her. XVI. 98.  
Turpe duci totam somno consumere noctem. Sil. It. III. 171.  
Quam miserum est, porta vitam muroque tueri,  
Vixque sui tutum viribus esse loci! Ov. Trist. IV. 1. 69 u. 70.  
Est aliqua ingratu meritum exprobare voluptas. Ov. Her. XII. 21.  
Regia, crede mihi, res est succurrere lapis. Ov. ex Ponto II. 9. 11.  
Non satis est puris versum perscribere verbis. Hor. S. I. 4. 54.  
In servitatem cadere de regno grave est. Sen. Phoen. 598.  
Fleque meos casus, est quaedam flere voluptas. Ov. Trist. IV. 3. 37.  
Scribendi recte sapere est et principium et fons. Hor. ad Pis. 309.  
Ergo consulere et mox respondere licebit? Hor. S. II. 3. 190.  
Utile propositum saevas extinguiere flamas,  
Nec servum vitii pectus habere sui. Ov. R. Am. 53 u. 54.

Soles occidere et redire possunt. Cat. 5. 3.  
Placato possum non miser esse deo. Ov. Trist. I. 3. 40.  
Nosse velint omnes, mercedem solvere nemo. Iuv. VII. 157.  
Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Hor. E. I. 14. 43.  
Quisnam audet leges vibrato imponere ferro? Claud. in Ruf. II. 230.  
Aut prodesse volunt aut delectare poetae. Hor. ad Pis. 333.  
Cur nescire, prudens prave, quam discere malo? Hor. ad Pis. 88.  
Non procul a stabulis audet discedere, siqua  
Excussa est avidi dentibus agna lupi. Ov. Trist. I. 1. 77 u. 78.  
At qui legitimum cupiet fecisse poema,  
Cum tabulis animum censoris sumet honesti. Hor. E. II. 2. 109 u. 110.  
Seimus inurbanum lerido seponere dicto. Hor. ad Pis. 273.  
Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis. Hor. ad Pis. 379.  
Inflammata semel nescit mitescere virtus. Claud. in Ruf. II. 231.  
Tollere nodosam nescit medicina podagram. Ov. ex Ponto I. 3. 23.  
Desine fata deum fleti sperare precando. Verg. Aen. VI. 376.  
Desine, Paille, meum lacrimis urgere sepulcrum:

Panditur ad nullas ianua nigra preces. Prop. V. 11. 1 u. 2.  
Arma ferunt alii et pergunt defendere muros. Verg. Aen. XII. 586.  
Ulcisci statuit poenaque in imagine tota est. Ov. M. XIII. 546.  
Unum oro: desiste manum committere Teucris. Verg. Aen. XII. 60.  
Incipit effari mediaque in voce resistit. Verg. Aen. IV. 76.  
Rura cano rurisque deos, his vita magistris  
Desuevit querna pellere glande famem. Tibull. II. 1. 37 u. 38.

1. Beneficium accipere libertatem est vendere. Publ. Syr. 48.  
Eheu quam miserum est, metuendo fieri senem. Publ. Syr. 159.

Est aliquid, patriis vicinum finibus esse. Ov. ex Ponto II. 7. 65.

Aude aliquid brevibus Gyaris et carcere dignum,

Si vis esse aliquid: probitas laudatur et alget. Iuv. I. 73 u. 74.

At claros se homines voluere esse atque potentes. Luer. V. 1119.

Compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum,  
Et cantare pares et respondere parati. Verg. Ecl. VII. 2 u. 5.

Est secura quies et nescia fallere vita. Verg. Georg. II. 467.

Tristis at ille: Tamen cantabitis, Arcades, inquit,  
Montibus haec vestris, soli cantare periti. Verg. Ecl. X. 31 u. 32.

(§ 267.)

Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum. Cat. Dist. I. 12. 2.  
Ipse decor, recte facti si praemia desint,

Non movet, et gratis paenitet esse probum. Ov. ex Ponto II. 3. 13 u. 14.  
Tempus erit, quo vos speculum vidisse pigebit. Ov. Med. fac. 47.

Expedit esse deos, et, ut expedit, esse putemus. Ov. Ars Am. I. 637.

Virtutem primam esse puto, compescere linguam. Cat. Dist. I. 3.

Me similem vestris moribus esse putas? Prop. II. 29. 32.

(§ 268.)

Non curare deum credis mortalia quemquam? Verg. Ecl. VIII. 35.

Inter spem curamque timores inter et vias

Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. Hor. E. I. 4. 12 u. 13.

Nunc iuvenem imparibus video concurrere fati,

Parcarumque dies et vis inimica propinquat. Verg. Aen. XII. 149 u. 150.

Nec quae te circum stent deinde pericula, cernis?

Demens! nec zephyros audis spirare secundos? Verg. Aen. IV. 560 u. 561.

Comperit invidiam supremo fine domari. Hor. E. II. 1. 12.

Albi, nostrorum sermonum candide iudex,

Quid nunc te dicam facere in regione Pedana? Hor. E. I. 4. 1 u. 2.

Posse pati volui nec me tentasse negabo. Ov. M. X. 25.

At si forte velis in nos inquirere, nemo est,

Qui se, quod patitur, commeruisse neget. Ov. ex Ponto III. 6. 33 u. 34.

Deinde eo dormitum non sollicitus, mihi quod cras

Surgendum sit mane, obeundus Marsya, qui se

Vultum ferre negat Noviorum posse minoris. Hor. S. I. 6. 119—121.

Rem nulli obscuram, nostra nec vocis egentem,

Consulis, o bone rex, cuncti se scire fatentur,

Quid fortuna ferat populi; sed dicere mussant. Verg. Aen. XI. 343—345.

Dum doceo insanire omnes, vos ordine adite. Hor. S. II. 3. 81.

Ipse ego qui nulos me affirmo scribere versus,

Invenior Parthis mendacior et prius orto

Sole vigil calatum et chartas et scrinia posco. Hor. E. I. 1. 111—113.

Vitae summa brevis spem nos vetat inchoare longam. Hor. Od. I. 4. 15.

Haec ego cuncta prius, quam te, carissime, credam  
Mutatum curam deposuisse mei. Ov. Trist. IV. 7. 19 u. 20.  
Qui simul est laesus fallaci piscis ab hamo,  
Omnibus unca cibis aera subesse putat. Ov. ex Ponto II. 7. 9 u. 10.  
Male vivunt qui se semper victuros putant. Publ. Syr. 328.  
Qua me stultitia, quoniam non est genus unum,  
Insanire putas? Ego nam videor mihi sanus. Hor. S. II. 3. 302.  
Aio, te, Aeacida, Romanos vincere posse. Cic. de div. II. 116.

---

1. Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat auctor  
Tellurem Borea rigidam spirante moveri. Verg. Georg. II. 315 u. 316.  
Tum flamma sine tura liquefcere limine sacro  
Persuadere cupit: credit Iudeus Apella. Hor. S. I. 5. 99 u. 100.  
Dum septem donat sestertia, mutua septem  
Promittit, persuadet, uti mercetur agellum. Hor. E. I. 7. 80 u. 81.  
Praeter cetera me Romaene poemata censes  
Scribere posse inter tot curas totque labores? Hor. E. II. 2. 65 u. 66.  
Quam scit uterque, libens, censebo, exerceat artem. Hor. E. I. 14. 44.  
Dic in amicitiam coeant et foedera iungant. Verg. Aen. VII. 564.  
Dic corpus properet fluviali spargere lympha,  
Et pecudes secum et monstrata piacula ducat. Verg. Aen. IV. 635 u. 636.

---

2. At mihi te comitem iuraras usque futuram  
Per me perque oculos, sidera nostra, tuos. Ov. Amor. II. 16. 43 u. 44.  
Ossa tibi iuro per matris et ossa parentis  
Me tibi ad extremas mansurum, vita, tenebras. Prop. II. 20. 15 u. 17.  
Hincine versiculis speras tibi posse dolores.  
Atque aestus curasque graves a pectore tolli? Hor. S. I. 2. 109 u. 110.  
Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum,  
Sextilem totum mendax desideror. Ho. E. I. 7. 1 u. 2.  
Oves aeterna sic sperantes foedera  
Sese iuncturas, fecerunt, quod petierant. Phaedr. VII. 20. 6 u. 7.

---

3. Tum decuit, cum sceptra dabas. — En dextra fidesque,  
Quem secum patrios aiunt portare Penates,  
Quem subiisse humeris confectum aetate parentem. Verg. Aen. IV. 597—99.  
Mater erat Mycale, quam deduxisse canendo  
Saepre reluctant constabat cornua lunae. Ov. M. XII. 263 u. 264.  
Omnia iam fient, fieri quae posse negabam. Ov. Trist. I. 8. 7.  
Haec ego vaticinor, quia sum deceptus ab illo,  
Laturum misero quem mihi rebar opem. Ov. Trist. I. 8. 9 u. 10.  
Ingenii recte, quo nos male sensimus usos,  
Artibus exceptis, saepe probator eras. Ov. ex Ponto II. 2. 105 u. 106.  
Hic vir, hic est, tibi quem promitti saepius audis. Verg. Aen. VI. 791.  
Principio Italiam, quam tu iam rere propinquam,  
Longa procul longis via dividit invia terris. Verg. Aen. III. 381 u. 383.

Quem tamen esse deum te dicam, Iane biformis? Ov. Fast. I. 89.  
Quae nocuere sequar, fugiam quae profore credam. Hor. E. I. 8. 11.  
Constat Aventinae tremuisse cacumina silvae. Ov. Fast. III. 329.

4. Quis deus incertum est, habitat deus; Arcades ipsum  
Credunt se vidisse Iovem, cum saepe migrantem  
Aegida concuteret dextra nimboque cieret. Verg. Aen. VIII. 352—354.  
Illa dei munus bene cedere sensit, et a se  
Se quaeri gaudens, his est resecuta rogantem. Ov. M. VIII. 863 u. 864.  
Concius ipse sibi de se putat omnia dici. Cato Dist. I. 17. 2.  
Quisquis magna dedit, voluit sibi magna remitti. Mart. E. V. 59. 3.  
Nominis et famae quondam fulgore trahebar,  
Dum tulit antemas aura secunda meas. Ov. Trist. V. 12. 39 u. 40.  
Mordear opprobriis falsis mutemque colores? Hor. E. I. 16. 38.

(§ 269.)

Non uxor salvum te vult, non filius, omnes  
Vicini oderunt, noti, pueri atque puellae. Hor. S. I. 1. 84 u. 85.  
Tu me inter strepitus nocturnos atque diurnos  
Vis canere et contracta sequi vestigia vatum? Hor. E. II. 2. 80 u. 81.  
Ut ridentibus arrident, ita flentibus adflent  
Humani vultus: si vis me flere, dolendum est  
Primum ipsi tibi: tum tua me infortunia laudent. Hor. ad Pisc. 101—103.  
Attalus heredem voluit te, Roma, relinqu. Claud. in Eutrop. I. 215.  
Di melius! quorum longe mihi maximus ille est,  
Qui nostras inopes noluit esse vias. Ov. Ibis. 23 u. 24.  
Malo me Galatea petit, lasciva puella,  
Et fugit ad salices et se cupit ante videri. Verg. Ecl. III. 64 u. 65.  
Respicere exemplar vitae morumque iubebo  
Doctum imitatorem et vivas hinc ducere voces. Hor. ad Piso. 317 u. 318.  
Ipse viro primus manicas atque arta levari  
Vinela iubet Priamus, dictisque ita fatur amicis. Verg. Aen. II. 146 u. 147.  
Dignum laude virum Musa vetat mori. Hor. Od. IV. 8. 28.  
Expediam dictis: prohibent nam cetera Parcae  
Scire Helenum farique vetat Saturnia Iuno. Verg. Aen. III. 379 u. 380.  
Nempe capi Troiam prohibebant fata sine illis. Ov. M. XIII. 339.  
Hunc sine me turbare globum et rege tela per auras. Verg. Aen. IX. 409.  
Quae tutus speces, sine me dare lumina terris. Ov. M. II. 149.  
Iuppiter ingenii praebet sua numina vatum,  
Seque celebrari quolibet ore sinit. Ov. Trist. IV. 4. 17 u. 18.  
Certe ego non patiar Iovis incunabula, Creten,  
Qui meus est orbis, tantum contingere monstrum. Ov. M. VIII. 99 u. 100.  
Non patitur verti barbarus hostis humum. Ov. ex Ponto II. 7. 70.

1. Hoc opus, hoc studium parvi properemus et ampli,  
Si patriae volumus, si nobis vivere cari. Hor. E. I. 3. 28 u. 29.

Si prodesse tuis, pauloque benignius ipsum  
Te tractare voles, accedes siccus ad unctum. Hor. E. I. 17. 11 u. 12.  
Iam Saliare Numae carmen qui laudat et illud,  
Quod mecum ignorat, solus vult scire videri. Hor. E. II. 1. 86 u. 87.  
Versibus exponi tragicis res comica non vult. Hor. ad Pis. 89.  
Nil audire velim, nil discere, quod levet aegrum. Hor. E. I. 8. 8.  
Ergo illum demens in me saevire coegi,  
Mitius immensus quo nihil orbis habet. Ov. Trist. IV. 8. 37 u. 38.  
Saepe fugam Danai Troia cupiere relicta  
Moliri et longo fessi discedere bello. Verg. Aen. II. 108 u. 109.  
Infans namque pudor prohibebat plura profari. Hor. S. I. b. 57.  
Quid prohibet muros iacere et dare civibus urbem? Verg. Aen. V. 631.

2. Festino ad nostros et regem transeo Ponti  
Et Croesum, quem vox iusti facunda Solonis  
Respicere ad longae iussit spatia ultima vitae. Iuv. X. 273—275.  
Sacra Iovi facturus erat. Iubet ire ministros  
Et petere e vivis libandas fontibus undas. Ov. M. III. 26 u. 27.  
Ipse deus nudus nudos iubet ire ministros. Ov. Fast. 287.  
Vetat dimitti magnus illos Iuppiter. Phaed. IV. 18. 13.  
Somnia fallaci ludunt temeraria nocte  
Et pavidas mentes falsa timere iubent. Tib. III. 1. 7 u. 8.  
Is iubet auferri parvos et in amne necari. Ov. Fast. II. 385.  
Inter aves albas vetuit consistere corvum. Ov. M. II. 632.

3. Haec ubi deflevit, tolli miserabile corpus  
Imperat et toto lectos ex agmine mittit  
Mille viros, qui supremum comitentur honorem. Verg. Aen. XI. 59—61.  
Protulit hunc genetrix, taedasque et fragmina ponit  
Imperat et positis inimicos admovet ignes. Ov. M. VIII. 460 u. 461.  
Abstrahit invitatis gremio genitoris, alantque  
Imperat Argolicam caelesti munere classem. Ov. M. XIII. 658 u. 659.

4. Velle in amicita sic erraremus, et isti  
Errori nomen virtus posuissest honestum. Hor. S. I. 3. 41 u. 42.  
Me miseram! tacitae quid vult sibi noctis imago,  
Quam nolim rata sit? cur haec ego somnia vidi? Ov. M. IX. 475 u. 476.

5. Fallor an arma sonant? Non fallimur, arma sonabant. Ov. Fast. V. 549.  
Ei mihi! quo rapior? Fratres ignoscite matri. Ov. M. VIII. 491.  
Denique, quid verbis opus est? Spectemur agendo. Ov. M. XIII. 120.  
Nec dubitat nec qua sit clementissimus amnis  
Quaerit et obsequio deferri spernit aquarum. Ov. M. IX. 116 u. 117.

(§ 270.)

1. Hic stupet in titulis et imaginibus. Quid oportet  
Nos facere, a volgo longe lateque remotos? Hor. S. I. 6. 17 u. 18.

Quicumque obvius est, me consultit. O bone, nam te  
Seire, deos quoniam proprius contingis, oportet. Hor. S. II. 51 u. 52.  
Centum oratores prima de gente Latinos  
Ire placet, pacisque manu praetendere ramos. Verg. Aen. XI. 331 u. 332.  
Convenit Euandri victos discedere ad urbem. Verg. Aen. XII. 184.  
Mortalin decuit violari vulnere divum? Verg. Aen. XII. 797.  
Et quaecumque adeo possunt affere pudorem,  
Illa tegi caeca condita nocte decet. Ov. Trist. III. 6. 31 u. 32.  
Non metus, officio ne te certasse priorem  
Paeniteat. Sunt et Siculis regionibus urbes. Verg. Aen. I. 548 u. 549.  
Quid facerem? neque servitio me exire licebat  
Nec tam praesentes alibi cognoscere divos. Verg. Ecl. I. 40 u. 41.  
Haec sunt, quae nostra liceat te voce moneri. Verg. Aen. III. 461.  
Prosequar. Hinc quo nunc iter est tibi? Nil opus est te  
Circumagi; quandam volo visere non tibi notum. Hor. S. I. 9. 16 u. 17.  
Non taedebit avum parvo advigilare nepoti  
Balbaque cum puero dicere verba senem. Tib. II. 5. 93 u. 94.

2. Tu maior; tibi me est aequum parere, Menalca. Verg. Ecl. V. 4.  
Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est. Hor. E. I. 7. 98.  
Scribere te nobis, tibi nos accredere par est. Hor. E. I. 16. 25.  
Quaecumque est Fortuna, mea est; me verius unum  
Pro vobis foedus luere et decernere ferro. Verg. Aen. XII. 694 u. 695.  
Nos aliquid Rutulos contra iuvuisse nefandum est? Verg. Aen. X. 84.

3. Heu quantum scelus est in viscera viscera condi,  
Congestoque avidum pinguescere corpore corpus,  
Alteriusque animantem animantis vivere leto! Ov. M. XV. 88—90.  
Corpora viva nefas Stygia vectare carina. Verg. Aen. VI. 391.  
Vos quoque Pergameae iam fas est parcere genti. Verg. Aen. VI. 60.  
Heu nihil invitatis fas quemquam fidere divis. Verg. Aen. II. 402.  
Suave, mari magno turbantibus aequora ventis,  
E terra magnum alterius spectare laborem;  
Non, quia vexari quemquam est iucunda voluptas  
Sed, quibus ipse malis careas, quia cernere suave est. Luer. III. 1—4.  
Spes erat, in nymphas animata classe marinas  
Posse metu monstri Rutulum desistere bello. Ov. M. XIV. 566 u. 567.  
Verum operi longo fas est obrepere somnum. Hor. ad Pis. 360.

Iura inventa metu iniusti fateare necesse est,  
Tempora si fastosque velis evolvere mundi. Hor. S. I. 3. 111 u. 112.  
Ecce tibi Ausoniae tellus; hanc arripe velis.  
Et tamen hanc pelago praeterlabare necesse est. Verg. Aen. III. 477 u. 478.  
Sed non effugies, mecum moriaris oportet. Prop. II. 8. 25.  
. . . Valeat possessor oportet,  
Si comportatis rebus bene cogitat uti. Hor. E. I. 2. 49 u. 50.  
Experiare licet: nec longe scilicet hostes  
Quaerendi nobis; circumstant undique muros. Verg. Aen. XI. 387 u. 388.

Dummodo tale nihil vigilans committere tentem,  
Saepe licet simili redeat sub imagine somnus. Ov. M. IX. 479 u. 480.  
Cantantes licet usque — minus via laedit — eamus. Verg. Ecl. IX. 64.

2) In causa facili cuivis licet esse disertum. Ov. Trist. III. 11. 21.  
Pars animae consiste meae! Licet eminus esse  
Fortibus: Ancaeō nocuit temeraria virtus. Ov. M. VIII. 406 u. 407.  
Vivitur exiguo melius: natura beatis  
Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti. Claud. in Ruf. I. 215.  
Da mihi fallere, da iusto sanctoque videri,  
Noctem peccatis et fraudibus obice nubem. Hor. E. I. 16. 61 u. 62.  
Quid statis? Nolint. Atqui licet esse beatis. Hor. S. I. 1. 19.

3. Ipsius certe ducis hoc referre videtur,  
Ut, qui fortis erit, sit felicissimus idem. Iuv. XVI. 58 u. 59.

(§ 271.)

Laetor tulisse auxilium me precibus tuis. Phaedr. IV. 4. 7.  
Qui se laudari gaudet verbis subdolis,  
Sera dat poenas turpes paenitentia. Phaedr. I. 13. 1 u. 2.  
Prisca iuvent alios, ego me nunc denique natum  
Gratulor, haec aetas moribus apta meis. Ov. Ars Am. 121 u. 122.  
Ille fugit, sed se solito velocius ipse  
Currere miratur. Pennas in corpore vidit. Ov. M. XIV. 388 u. 389.  
Nec vero Aleiden me sum laetus euntem  
Accepisse lacu, nec Thesea Pirithoumque. Verg. Aen. IV. 392 u. 393.  
Illa dolet fieri longos sua brachia ramos. Ov. M. II. 352.  
Credita res auctore suo est. Dolor addidit iram,  
Oppressumque aegre tulimus tot ab hostibus unum. Ov. M. XII. 532 u. 533.  
Vidi iam iuvenem, premeret cum senior aetas,  
Maerentem stultos praeteriise dies. Tib. I. 4. 33 u. 34.  
Ipsi se in tenebris volvi caenoque queruntur. Luer. III. 72.  
Hinc indignatur, se mortalem esse creatum. Luer. III. 807.

(§ 272.)

Haec secum: Mene incepto desistere victimam,  
Nec posse Italia Teucrorum avertere regem? Verg. Aen. I. 36 u. 37.  
Tydide! mene Iliacis occumbere campis.  
Non potuisse tuaque animam hanc effundere dextra? Verg. Aen. I. 97 u. 98.  
Utne tegam spureo Damae latus? Haud ita Troiae  
Me gessi, certans semper melioribus. Ergo  
Pauper eris. Fortem hoc animum tolerare iubebo. Hor. S. II. 5. 18—20.

(§ 273.)

Multa quidem dixi, cur excusatus abirem;  
Sed timui, mea ne finxisse minora putarer. Hor. E. I. 9. 7 u. 8.

Inter Ioniacas calathum tenuisse puellas  
Diceris et dominae pertimuisse manus. Ov. Her. IX. 73 u. 74.  
Vox diversa sonat populorum, tum tamen una est,  
Cum verus patriae diceris esse pater. Mart. Ep. III. 11 u. 12.  
Iussus eras celebrare dapes festumque canendo. Ov. M. V. 113.  
Et quod erit iussus, iubeas licet omnia, fiet. Ov. M. XIV. 686.  
Magna parens terra est, lapides in corpore terrae  
Ossa reor dici, iacere hos post terga iubemur. Ov. M. I. 393 u. 394.  
Hoc et tum Aeneadis indicere bella Latinus  
More iubebatur tristesque recludere portas. Verg. Aen. VII. 616 u. 617.  
Surgitur et misso proceres exire iubentur  
Consilio, quos Albanam dux magnus in arcem  
Traxerat attonitos et festinare coactos. Iuv. IV. 144—146.  
O felix una ante alias Priameia virgo  
Hostilem ad tumulum Troiae sub moenibus altis  
Iussa mori, quae sortitus non pertulit ullos. Verg. Aen. III. 321—323.  
Ille capram mactat: iussae sua terga puellae  
Pellibus exsectis percutienda dabant. Ov. Fast. II. 445 u. 446.  
Iussus adesse foro, iussa maturius hora  
Fac semper venias nec nisi serus abi. Ov. Ars Am. II. 223 u. 224.  
Pectora fluminibus iubeor supponere centum. Ov. M. XIII. 953.  
Quippe vетor fatis. Pallasne exurere classem  
Argivum atque ipsos potuit submergere ponto  
Unius ob noxam et furias Aiakis Oilei? Verg. Aen. I. 37—39.  
Silvestres homines sacer interpresque deorum  
Caedibus et victu foedo deterruit Orpheus:  
Dictus ob hoc lenire tigres rabidosque leones. Hor. ad Pis. 391—393.  
Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas. Hor. S. II. 3. 256.  
Ignotum tragicae genus invenisse Camenae  
Dicitur et plaustris vexisse poemata Thespis. Hor. ad Pis. 275 u. 276.  
Nec quidquam, quod lege vетor committere, feci. Ov. ex Ponto II. 9. 71.  
Traditur et nymphе mortalіs amore Calypso  
Capta reluctantem detinuisse virum. Ov. Am. II. 17. 15 u. 16.  
At bene nupta feror, quia nominor Herculis uxor. Ov. Her. IX. 27.  
Blanda truces animos fertur mollisse voluptas. Ov. Ars Am. II. 477.  
Inde Tomis dictus locus hic, quia fertur in illo  
Membra soror fratri consecuisse sui. Ov. Trist. III. 9. 33 u. 34.  
Pana deum pecoris veteres coluisse feruntur  
Arcades. Arcadiis plurimus ille iugis. Ov. Fast. II. 271 u. 272.  
Sic ego nec sine te nec tecum vivere possum,  
Et videor voti nescius esse mei. Ov. Amor. III. 11. 39 u. 40.  
Tres mihi convivae prope dissentire videntur,  
Poscentes vario multum diversa palato. Hor. E. II. 2. 61 u. 62.  
Ennius et sapiens et fortis et alter Homerus,  
Ut critici dicunt, leviter curare videtur,  
Quo promissa cadant et somnia Pythagorea. Hor. E. II. 1. 50—52.  
Carpserat hinc Dryope, quos oblectamina nato  
Porrigeret flores, et idem factura videbar. Ov. M. IX. 342 u. 343.

Aut dedit aut visus gemitus est ille dedisse  
Stipes, ut invitis correptus ab ignibus arsit. Ov. M. VIII. 513 u. 514.  
Barbara narratur venisse venefica tecum. Ov. Her. VI. 19.  
Haud equidem credo, sparsae quoque membra veneno  
Exercere artes Scythides memorantur easdem. Ov. M. XV. 359 u. 360.  
Quod tegitur, magnum creditur esse malum. Mart. Ep. III. 42. 4.

2) Fabula, qua Paridis propter narratur amorem  
Graecia barbariae lento collisa duello.  
Stultorum regum et populorum continet aestus. Hor. E. I. 2. 6—8.  
Longius inde nefas abiit, et prima putatur  
Hostia sus meruisse mori, quia semina pando  
Eruerit rostro, spemque interceperit anno. Ov. M. XV. 111—113.  
O pater, anne aliquos ad caelum hinc ire putandum est  
Sublimes animos, iterumque ad tarda reverti  
Corpora? Quae lucis miseris tam dira cupido? Verg. Aen. VI. 719—721.  
Solis item quoque defectus lunaeque latebras  
Pluribus e causis fieri tibi posse putandum est. Lucr. V. 750 u. 751.  
Turpia perpessus vates est vincla Melampus,  
Cognitus Iphieli surripuisse boves. Prop. II. 51 u. 52.

(§ 274.)

1. Hoc eventurum iam tunc, carissime, vidi. Ov. Trist. I. 9. 41.  
Vidi ego quod fuerat primo sanabile vulnus,  
Dilatum longae damna tulisse morae. Ov. R. A. 101 u. 102.  
Cum patriam amisi, tunc me periisse putato. Ov. Trist. III. 3. 53.  
Natus es e scopolis, nutritus lacte ferino,  
Et dicam silices pectus habere tuum. Ov. Trist. III. 11. 3 u. 4.  
Tempus erit, quo vos speculum vidisse pigebit. Ov. Med. Fac. 47.  
Si numeres anno soles et nubila toto,  
Invenies nitidum saepius esse diem. Ov. Trist. V. 8.  
Saepe etiam maerens tempus reminiscitur illud,  
Quod non praeventum morte fuisse dolet. Ov. Trist. V. 4. 31 u. 32.  
Auctor opus laudat. Sic forsitan Agrius olim  
Thersiten facie dixerat esse bona. Ov. ex Ponto III. 9. 9 u. 10.
2. Omnia fert aetas, animumque; saepe ego longos  
Cantando puerum memini me condere soles. Verg. Ecl. IX. 51 u. 52.  
Atque equidem Teucrum memini Sidona venire  
Finibus expulsum patriis, nova regna petentem. Verg. Aen. I. 619 u. 620.
3. Ne quis humasse velit Aiace, Atrida, vetas cur? Hor. S. II. 3. 187.

(§ 275.)

1. Tu facis, ut silvas, ut amem loca sola; meoque  
Spiritus iste tuus semper captatur ab ore. Ov. M. VII. 819 u. 820.  
Effice, ne macies pallentes occupet artus  
Neu notet informis candida membra color. Tib. IV. 4. 5 u. 6.

Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano. Iuv. X. 356.  
Di magni, facite, ut vere promittere possit,  
Atque id sincere dicat et ex animo. Cat. 109. 2 u. 3.  
Postulat, ut capiat, quae non intellegit, arma. Ov. XIII. 295.  
Instruit et natum, medioque ut limite curras,  
Icare, ait, moneo, ne, si demissior ibis,  
Unda gravet pennas, si celsior, ignis adurat. Ov. M. VIII. 203—205.  
Haec tamen ut detis, supplex peto. Non ego nostros  
Abluere hic artus, lassataque membra parabam. Ov. M. VI. 352 u. 353.  
Ut mea sit servata mea virtute, paciscor. Ov. M. IV. 703.  
Sed licet arma feras et vulnera saeva mineris,  
Non tamen efficies, ut timeare mihi. Ov. ex Ponto II. 2. 25 u. 26.  
Illi ante oculos ut agant sua corpora fluctus,  
Optat, et examinis manibus tumuletur amicis. O. M. XI. 564 u. 565.  
Obsequio grassare: mone, si increbruit aura,  
Cautus uti velet carum caput: extrahe turba  
Oppositis humeris: aurem substringe loquaci. Hor. S. II. 5. 93—95.

2. Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos  
Ut nunquam inducant animum cantare rogati. Hor. S. I. 3. 1 u. 2.  
Non ita di mihi sunt tristes, ut credere possim  
Fasque putem iam te non meminisse mei. Ov. ex Ponto II. 4. 5 u. 6.  
Hoc quoque te manet, ut pueros elementa docentem  
Occupet extremis in vicis balba senectus. Hor. E. I. 20. 17 u. 18.  
Inde fit, ut raro, qui se vixisse beatum  
Dicat, et exacto contentus tempore vita  
Cedat, uti conviva satur, reperire queamus. Hor. S. I. 1. 117—119.  
Evenit, inquirant vitia ut tua rursus et illi. Hor. S. I. 3. 28.  
Restat, ut his ego me ipse regam solerque elementis. Hor. E. I. 1. 27.

1. Ille male usurus donis, ait, effice, quicquid  
Corpore contigero, fulvum vertatur in aurum. Ov. M. XI. 102 u. 103.  
Huc ades: insani feriant sine litora fluctus. Verg. Ecl. IX. 43.  
Reddite me Danais; sinite instaurata revisam  
Proelia: nunquam omnes hodie moriemur inulti. Verg. Aen. II. 669 u. 670.  
Exitus acta probat. Careat successibus, opto,  
Quisquis ab eventu facta notanda putat. Ov. Her. II. 85 u. 86.  
Tu cave defendas, quamvis mordebere dictis. Ov. Trist. I. 1. 25.  
Tristis es et felix, sciat hoc Fortuna caveto. Mart. VI. 79. 1.  
Venerit insitio; fac ramum ramus adoptet,  
Stetque peregrinis arbor opera comis. Ov. R. A. 195 u. 196.  
Promittas facito, quid enim promittere laedit?  
Pollicitis dives quilibet esse potest. Ov. Ars Am. I. 443 u. 444.  
Victima nulla litat, magnosque instare tumultus.  
Fibra monet, caesumque caput reperitur in extis. Ov. M. XV. 794 u. 795.  
Viderat ex alto tanti miracula monstri.  
Liber, et admonitus iuvenes nutricibus annos  
Posse suis reddi, capit hoc a Colchide munus. Ov. M. VII. 294—96.

4. Illam inter caedes pallentem morte futura  
Fecerat Ignipotens undis et Iapyge ferri. Verg. Aen. VIII. 709 u. 710.  
Dixerat. At Cinyras, quem copia digna procorum,  
Quid faciat, dubitare facit, scitur ab ipsa,  
Nominibus dictis, cuius velit esse mariti. Ov. M. X. 356—358.

(§ 276.)

1. Quod videt haec lucem, quod non ego punior, ecce  
Consilium munusque tuum est. Miserere duarum,  
Auxilioque iuva. Lacrimae sunt verba secutae. Ov. M. IX. 779—781.  
Est tamen hoc vitium, sed non leve, sit licet unum,

Quod colit ingratas pauper amicitias. Mart. Ep. V. 19. 7 u. 8.  
Quem fugis? extremum fato, quod te alloquor, hoc est. Verg. Aen. VI. 466.  
Caesaris est primum munus, quod ducimus auras. Ov. Trist. V. 9. 11.  
Huic modo ne prosit, quod, uti est, hebes esse videtur. Ov. M. XIII. 135.  
Scilicet haud satis est, quod te spectante revincta est  
Et nullam quod opem patruus sponsusve tulisti. Ov. M. V. 22 u. 23.  
Vivere me dices, salvum tamen esse negabis:

Id quoque, quod vivam, munus habere dei. Ov. Trist. I. 1. 19 u. 20.  
Tantum ne noceat, quod me nec regia Iuno  
Odit, et omnis abest iussorum poena laborum. Ov. M. XIII. 21 u. 22.  
Nee mihi quod rigidis horrent densissima saetis  
Corpora, turpe puta. Turpis sine frondibus arbor. Ov. M. XIII. 846 u. 847.  
Quisquis es, o iuvenis, dixit, solamen habeto  
Mortis, ab Haemonio quod sis iugulatus Achille. Ov. M. XII. 80 u. 81.  
Adde, quod ingenuas didicisse fideliter artes  
Emollit mores, nec sinit esse feros. Ov. ex Ponto II. 9. 47 u. 48.  
Quid prodest, quod me ipse animo non spernis, Amynta,  
Si, dum sectaris apros, ego retia servo. Verg. Ecl. III. 74 u. 75.

2. Et nunc quod patrias vento petiere Mycenas:  
Arma deosque parant comites, pelagoque remenso  
Improvisi aderunt. Ita digerit omnia Calchas. Verg. Aen. II. 180—182.

3. . . . . . Magnum hoc ego duco,  
Quod placui tibi, qui turpi seceris honestum. Hor. S. I. 6. 62 u. 63.  
Saepe etiam audacem fugat hoc terretque poetam,  
Quod numero plures, media inter carmina poscunt  
Aut ursum aut pugiles: his nam plebecula gaudet. Hor. E. II. 182. 185 u. 186.  
Di bene fecerunt, inopis me quodque pusilli  
Finixerunt animi, raro et perpaucia loquentis. Hor. S. 4. 17 u. 18.

4. Gaude quod spectant oculi te mille loquentem. Hor. E. I. 6. 19.  
Si tamen admissum sinit hoc natura videri,  
Gratulor huic terrae, quod abest regionibus illis. Ov. M. X. 304 u. 306.  
O superi, totoque libens mihi pectore grator,  
Quod memoris populi dicor rectorque paterque. Ov. M. IX. 244 u. 245.

Laeter, ait, doleamne geri lacrimabile bellum,  
In dubio est; doleo, quod Minos hostis amanti est. Ov. M. VIII. 44 u. 45.  
Insuper, a quoquam quod sit servata, dolebis. Ov. M. V. 24.  
Me Capitolinus convictore usus amicoque  
A puero est; causaque mea permulta rogatus  
Fecit et incolumis laetor quod vivit in urbe. Hor. S. I. 4. 96—98.  
Conquerimur, Natura, brevis quod gratia florum est. Aus. Id. XIV. 41.  
Annuit optatis, nocituraque munera solvit  
Liber et indoluit, quod non meliora petisset. Ov. M. XI. 104 u. 105.  
Ipsa egomet dudum Beroen digressa reliqui  
Aegram, indignantem, tali quod sola careret  
Munere nec meritos Anchisae inferret honores. Verg. Aen. V. 650—652.  
Quid tum profeci, mecum facientia iura  
Si tamen attentas? Quereris super hoc etiam, quod  
Exspectata tibi non mittam carmina mendax. Hor. E. II. 2. 23—25.  
Quod tamen ignavo cadat et sine sanguine leto,  
Maeret, et Ancae felicia vulnera dicit. Ov. M. VIII. 518 u. 519.  
Tunc querimur, rursus calamo quod pendeat humor,  
Dilatas querimur geminet quod fistula guttas. Pers. III. 12 u. 14.  
Ei mihi, quod nullis amor est sanabilis herbis,  
Nec prosunt domino quae prosunt omnibus, artes! Ov. M. I. 523 u. 524.  
Tunc quoque nil fecit, nisi quod facere ipse coegi. Ov. ex Ponto I. 2. 97.  
Huc accedit, uti sine certis imbris anni  
Laetificos nequeat fetus summittere tellus. Lucr. I. 193 u. 194.

(§ 277.)

1. Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci  
Audierat, Tyrias olim quae verteret arces:  
Hinc populum late regem belloque superbum  
Venturum excidio Libyae: sic volvere Parcas. Verg. Aen. I. 19—22.  
Hanc simul et legem Rhodopeius accipit heros,  
Ne flectat retro sua lumina, donec Avernas  
Exierit valles: aut irrita dona futura. Ov. M. X. 50—52.

2. . . . . Chlamydes Luculos, ut aiunt,  
Si posset centum scaenae praebere, rogatus  
Qui possum tot? ait, tamen et quaeram et quot habebo,  
Mittam: post paulo scribit, sibi milia quinque  
Esse domi chlamydum, partem vel tolleret omnes. Hor. E. I. b. 40—44.  
Turba sonans praedam pedibus circumvolat uncis,  
Polluit ore dapes. Sociis tunc arma capessant,  
Edico et dira bellum cum gente gerendum. Verg. Aen. III. 233—235.

3. Talia quaerentes, sibi enim fore cetera curae,  
Rex superum trepidare vetat subolemque priori  
Dissimilem populo promittit origine mira. Ov. M. I. 250—252.

Sed Venulus Turni postquam mandata peregit  
Auxiliumque petit, vires Aetolius heros  
Excusat, nec se aut socii committere pugnae  
Velle sui populos, aut quos e gente suorum  
Armet, habere viros. . . . Ov. M. XIV. 460—464.  
Campanum in morbum, in faciem permulta iocatus  
Pastorem saltaret uti Cyclopa, rogabat:  
Nil illi larva aut tragicis opus esse cothurnis. Hor. S. I. 5. 62—65.  
Nil igitur referam, nisi me peccasse, sed illo  
Praemia peccato nulla petita mihi. Ov. Trist. III. 6. 33 u. 34.  
Si quaeret, quid agam, die, multa et pulchra minantem  
Vivere nec recte nec suaviter: haud quia grando  
Contuderit vites oleamve momorderit aestus;  
Nec quia longinquis armentum aegrotet in agris,  
Sed quia mente minus validus, quam corpore toto,  
Nil audire velim, nil discere, quod levet aegrum,  
Fidis offendar medicis, irascer amicis. Hor. E. I. 8. 3—9.

2. Narrat Agenorides gelido sub Atlante iacentem  
Esse locum solidae tutum munimine molis,  
Cuius in introitu geminas habitasse sorores  
Phorcidas, unius partitas luminis usum. Ov. M. IV. 772—775.  
Aeolon ille refert Tusco regnare profundo,  
Aeolon Hippotaden, cohidentem carcere ventos.  
Quos bovis inclusos tergo, memorabile munus,  
Dulichium sumpsisse ducem, flatuque secundo  
Lucibus isse novem et terram adspexisse petitam. Ov. M. XIV. 223—227.

#### Vom Gebrauch der Participien. (§ 278.)

1. Omnia sunt hominum tenui pendentia filo. Ov. ex Ponto IV. 3. 35.  
Romani, qui cuncta diu rexere, regendi. Cland de IV. cons. Hon. 309.  
Est animus certe vestros sensurus honores. Ov. M. XIII. 287.

2. Hoc tantum contentus, amet scripsisse ducentos  
Ante cibum versus, totidem cenatus. Hor. S. I. 10. 61 u. 62.  
Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma,  
Debita Troianis exercet spicula fatis. Ov. M. XIII. 50 u. 54.  
Tempus abire tibi est, ne potum largius aequo  
Rideat et pulset lasciva decentius aetas. Hor. E. II. 2. 215 u. 216.  
Pransus non avide, quantum interpellet inani  
Ventre diem durare, domesticus otior. Haec est  
Vita solutorum misera ambitione gravique. Hor. S. I. 7. 127—129.

3. Coniugiumque domumque patres natosque videbit,  
Iliadum turba et Phrygiis comitata ministris. Verg. Aen. II. 579 u. 580.  
Idcirco certis dimensum partibus orbem  
Per duodenam regit mundi Sol aureus astra. Verg. Georg. I. 231 u. 232.

Sescentos illi dederat Populonia mater  
Expertos belli iuvenes; ast Ilva trecentos  
Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis. Verg. Aen. X. 172—174.  
Quo fugis, Aenea? thallos ne desere pactos. Verg. Aen. X. 649.  
Tres equitum numero turmae, ternique vagantur  
Ductores; pueri bis seni quemque secuti  
Agmine partito fulgent paribusque magistris. Verg. Aen. V. 560—562.

4. Hunc ratus Astyages etiamnum vivere, longo  
Ense ferit, sonuit tinnitibus ensis acutis. Ov. M. V. 203 u. 204.  
Sic qui pauperiem veritus potiore metallis  
Libertate caret, dominum vehit improbus atque  
Serviet aeternum, quia parvo nescius uti. Hor. E. I. 10. 39—41.  
Quinti progenies Arri, par nobile fratrum,  
Nequitia et nudis pravorum et amore gemellum,  
Luscinias soliti impenso prandere coemptas,  
Quorsum abeant? Sanin creta an carbone notati? Hor. S. II. 3. 243—246.  
O nimium caelo et pelago confise sereno,  
Nudus in ignota, Palinure, iacebis arena. Verg. Aen. V. 870 u. 871.

5. Iamque iugis summae surgebat Lucifer Idae  
Ducebatque diem, Danaque obsessa tenebant  
Limina portarum nec spes opis ulla dabatur. Verg. Aen. II. 801—803.  
Centum luminibus cinctum caput Argus habebat. Ov. M. I. 625.  
Et quaecumque es, ait, non sum tuus: altera captum  
Me tenet, et teneat per longum, comprecor, aevum. Ov. M. XIV. 378 u. 379.

(§ 280.)

Gratior est pulchro veniens in corpore virtus. Verg. Aen. V. 344.  
Carcere dicuntur clausi sperare salutem,  
Atque aliquis pendens in cruce vota facit. Ov. ex Ponto I. 6. 37 u. 38.  
Est luxus populator opum, quem semper adhaerens  
Infelix humili gressu comitatur egestas. Claud. in Ruf. I. 35 u. 36.  
Tum variae venere artes. Labor omnia vincit  
Improbis et duris urgens in rebus egestas. Verg. Georg. I. 145 u. 146.  
Scriptorum chorus omnis amat nemus et fugit urbes,  
Rite cliens Bacchi somno gaudentis et umbra. Hor. Ep. 2. 77 u. 78.  
Vilice silvarum et mihi me reddentis agelli,  
Certemus, spinas animone ego fortius an tu  
Evellas agro, et melior sit Horatius an res. Hor. E. I. 14. 1, 4 u. 5.  
Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis  
Fallitur ancillae decipiturque labor. Ov. Trist. IV. 1. 13 u. 14.  
Prodiga non sentit pereuntem femina censem. Iuv. VI. 362.  
Fortem posce animum, mortis terrore carentem. Iuv. X. 375.  
Adspice iucundo labentes murmure rivos,  
Adspice tondentes fertile gramen oves. Ov. R. A. 177 u. 178.  
Coram rege sua de paupertate tacentes  
Plus poscente ferent. Distat sumasne pudenter  
An rapias. Atqui rerum caput hoc erat, hic fons. Hor. E. I. 17. 43—45.

Ferrum ignemque ferens implorantesque Tonantem  
Sernet humi populos, miserumque exhaeret orbem. Stat. Theb. VII. 24 u. 25.  
Non dominantur opes: non corruptentia sensus.  
Dona valent: emitur sola virtute potestas. Claud. de III. Cons. Hon. 187 u. 188.  
Sidera cuneta notat tacito labentia caelo. Verg. Aen. III. 515.  
Hunc homines lapidem mirantur, quippe catenam  
Saepe ex anellis reddit pendentibus ex se. Luer. VI. 910 u. 911.  
Plura locuturi subito seducimur imbre. Ov. Fast. IV. 385.  
Nunc ad bella trahor: et iam quis forsitan hostis  
Haesura in nostro tela gerit latere. Tib. I. 10. 13 u. 14.  
Debilitaturum quid te petis, improbe, munus? Ov. M. XIII. 112.  
Aut petis aut urges ruiturum, Sisyphè, saxum. Ov. M. IV. 460.  
Nec mihi mors gravis est, posituro morte dolores. Ov. M. III. 471.  
Foedaque fit volucris, venturi nuntia luctus,  
Ignavus bubo, dirum' mortalibus omen. Ov. M. V. 549 u. 550.  
Tu procul eventura vides; tibi deditus augur  
Scit bene, quid fati provida cantet avis. Tib. II. 5. 11 u. 12.  
Sed propera nec te venturas differ in horas:  
Qui non est hodie, eras minus aptus erit. Ov. R. A. 93 u. 94.  
Porrectusque novem Tityos per iugera terrae  
Adsidas atro viscere pascit aves. Tib. I. 3. 75 u. 76.  
Actus asper saetis iram denuntiat hirtis  
Et ruit oppositi nitens in vulnera ferri. Ov. Hal. 60 u. 61.  
Nec minus Aeneas, casu concussus iniquo,  
Prosequitur lacrimans longe et miseratur euntem. Verg. Aen. VI. 475 u. 476.  
Heu nimium, virgo, nimium crudele luisti  
Supplicium, Teucros conata lacessere bello! Aen. XI. 841 u. 842.  
Imperium Dido Tyria regit urbe profecta. Verg. Aen. I. 340.  
Non retinent patulae commissa fideliter aures,  
Et semel emissum volat irrevocabile verbum. Hor. E. I. 18. 69 u. 70.  
Terra procul vastis colitur Mavortia campis,  
Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo. Verg. Aen. III. 13 u. 14.  
Occidit miseris crambe repetita magistros. Iuv. VII. 154.  
Silva vetus stabat, nulla violata securi. Ov. M. III. 28.  
O passi graviora, dabit deus his quoque finem. Verg. Aen. I. 199.  
Bos tibi, Phoebus ait, solis occurret in arvis,  
Nullum passa iugum curvique immunis aratri. Ov. M. III. 10 u. 11.  
Non ego divitias patrum fructusque requiro,  
Quos tulit antiquo condita messis avo. Tib. I. 1. 41 u. 42.  
Atque ita divellit, divulsaque membra per agros  
Dissipat in multis invenienda locis. Ov. Trist. III. 9. 27 u. 28.  
Adspice curvatos pomorum pondere ramos,  
Ut sua, quod peperit, vix ferat arbor onus. Ov. R. A. 175 u. 176.  
Non bove mactato caelestia numina gaudent;  
Sed quae praestanda est et sine teste, fide. Ov. Her. XIX. 181 u. 182.  
Addit opus pigro rivus, si decidit imber,  
Multus mole docendus aprico parcere prato. Hor. E. I. 14. 29 u. 30.

2. Numen abire iubet, prohibent discedere leges,  
Poenaque mors posita est patriam mutare volenti. Ov. M. XV. 28 u. 29.  
Invitum qui servat idem facit occidenti. Hor. ad Pis. 467.  
Grande locuturi nebulas Helicone legunto. Pers. V. 7.

(§ 281.)

1. Carmina iam moriens canit exsequalia cyenus. Ov. M. XIV. 430.  
Haec memorans animo nunc huc, nunc fluctuat illuc. Verg. Aen. X. 680.  
Procubuit moriens et humum semel ore momordit. Verg. Aen. XI. 418.  
Ipse gubernator tollens ad sidera palmas  
    Exposecit votis, immemor artis, opem. Ov. Trist. I. 11. 21 u. 22.  
    Obstigit intranti miratrix turba parumper. Iuv. IV. 62.  
    Coniugium falsa poterat differre Minerva,  
        Nocturno solvens texta diurna dolo. Prop. II. 9. 5 u. 6.

2. Omnia debemur vobis, paulumque morati  
Serius aut citius sedem properamus ad unam. Ov. M. X. 32 u. 33.  
Si bene te novi, metues, liberrime Lolli,  
Scurrantis speciem praebere, professus amicum. Hor. E. I. 18. 1 u. 2.  
O quotiens ingressus iter mihi tristia dixi  
    Offensum in porta signa dedisse pedem. Tib. I. 3. 19 u. 20.  
    Causa viae coniunx, in quam calcata venenum  
    Vipera diffudit, crescentes abstulit annos. Ov. M. X. 23 u. 24.

3. Non tulit hanc speciem furiata mente Coroebus,  
Et sese medium iniecit periturus in agmen. Verg. Aen. II. 407 u. 408.  
Si periturus abis, et nos rape in omnia tecum. Verg. Aen. II. 675.  
I bone, quo virtus tua te vocat, i pede fausto,  
Grandia latus meritorum praemia. Quid stas? Hor. E. II. 2. 37 u. 38.  
Illic et nebulas, illic consistere nubes  
Iussit, et humanas motura tonitrua mentes,  
Et cum fulminibus facientes frigora ventos. Ov. M. I. 54—56.  
Fit turba maior. Iam favor mentes tenet,  
Et derisuri, non spectaturi sedent. Phaedr. V. 5. 25 u. 26.  
Lucra petituras freta per parentia ventis  
    Ducunt instabiles sidera certa rates. Tib. I. 9. 9 u. 10.  
    Ipse suos genius adsit visurus honores,  
    Cui decorant sanctas mollia serta comas. Tib. II. 2. 5 u. 6.

1. Exulibusne datur ducenda Lavinia Teucris,  
O genitor nec te miseret nataeque tuique? Verg. Aen. VII. 359 u. 360.  
Multa patri mandata dabat portanda; sed aurae  
Omnia discerpunt et nubibus irrita donant. Verg. Aen. IX. 312 u. 313.  
Bracchia da lasso potius prendenda natanti. Ov. ex Ponto II. 6. 13.

Parce, precor, domui, quae se tibi tradit habendam. Ov. Her. VII. 163.  
Qui testamentum tradet tibi cumque legendum,  
Abnuere et tabulas a te removere memento. Hor. S. 5. 51 u. 52.  
Hunc Polydorum auri quandam cum pondere magno  
Infelix Priamus furtim mandarat alendum  
Threicio regi, cum iam diffideret armis. Verg. Aen. III. 49—51.  
Silva feras, volucres aér accepit habendas. Ov. Ars Am. II. 471.  
Tertia nudandas acceperat area messes. Ov. Fast. III. 5. 57.  
Ventis non passim mundi fabricator habendum  
Aera permisit, vix nunc obsistitur illis. Ov. M. I. 57 u. 58.  
Tam teneor dono, quam si dimittar onustus,  
Ut libet; haec porcis hodie comedenda relinquis. Hor. E. I. 7. 18 u. 19.  
Inde fluunt lacrimae, stillataque sole rigescunt  
De ramis electra novis, quae lucidus amnis  
Excipit et nuribus mittit gestanda Latinis. Ov. M. II. 364—366.

4. Croesus Halym penetrans magnam pervertet opum vim. Cic. de div. II. 115.  
Illiis ira modum supra est, laesa eque venenum  
Morsibus inspirant et spicula caeca relinquunt  
Affixae venis, animasque in vulnere ponunt. Verg. Georg. IV. 236—238.  
Humani generis mores tibi nosse volenti  
Sufficit una domus; paucos consume dies et  
Dicere te miserum, postquam illinc veneris, aude. Iuv. XIII. 159—161.  
Nos colaphum incutimus lambenti crustula servo. Iuv. IX. 5.  
Tantalus est illic et circum stagna: sed acrem  
    Iam iam poturi deserit unda sitim. Tib. I. 3. 77 u. 78.  
Saepe bibi sucos, quamvis invitus, amaros  
    Aeger, et oranti mensa negata mihi. Ov. R. A. 227 u. 228.  
Dixerat, emicuit nervo penetrabile telum,  
Vitatumque tamen sinuosa veste pependit. Ov. M. V. 67 u. 68.  
Non tamen ad numerum redigar spoliata duorum,  
Latonae turbam; quae quantum distat ab orba? Ov. M. 199 u. 200.

2. Vidi ego, quod fuerat quandam solidissima tellus,  
Esse fretum; vidi factas ex aequore terras. Ov. M. XV. 262 u. 263.  
Sic ego torrentem, qua nil obstabat eunti,  
Lenius et modico strepitu decurrere vidi. Ov. M. III. 568 u. 569.  
Litore in hoc steterat, nam stantem in litore vidi. Ov. M. VIII. 860.  
Saepibus in nostris parvam te roscida mala —  
Dux ego vester eram — vidi cum matre legentem. Verg. Ecl. VIII. 37 u. 38.  
Hanc ego de caelo ducentem sidera vidi. Tib. I. 2. 43.  
Cernimus adstantes neququam lumine torvo  
Aetnaeos fratres, caelo capita alta ferentes. Verg. Aen. III. 677 u. 678.  
Quid quod et ipse fugit? Vidi puduitque videre,  
Cum tu terga dares, inhonestaque vela parares. Ov. M. XIII. 223 u. 224.  
Demens! nec zephyros audis spirare secundos? Verg. Aen. IV. 561.

Visam te incolumem audiamque Iberum  
Narrantem loca, facta, nationes. Cat. 9. 6 u. 7.  
Ibi Diogenes, grammaticus pernobilis  
Venientem quondam, ut se docentem extra ordinem  
Audiret, non admisit ac per servulum  
In septimum superbus distulit diem. Phaedr. II. 5. 6. 7 u. 9.

(§ 282.)

1. Ignea rima micans percurrit lumine nimbos. Verg. Aen. VIII. 392.  
Daedalus, ut fama est, fugiens Minoia regna,  
Praepetibus pennis ausus se credere caelo,  
Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos. Verg. Aen. VI. 14—16.  
Omnis per muros legio sortita periculum  
Excubat exercetque animos, quod cuique tuendum est. Verg. Aen. IX. 174 u. 175.  
Tres notus abreptas in saxa latentia torquet. Verg. Aen. I. 108.
2. Munus et officium nihil scribens ipse docebo,  
Unde parentur opes, quid alat formetque poetam. Hor. ad Pis. 306 u. 307.  
Omnibus obrepit non intellecta senectus. Iuv. IX. 129.  
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. Verg. Aen. V. 305.  
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,  
Nec renovatus ager gravidis canebat aristis. Ov. M. I. 109 u. 110.  
Quoque suo propior sceleri est, magis horret, et ausi  
Paenitet et vellet non cognita posse reverti. Ov. M. X. 460 u. 461.  
Non intellecti nulla est curatio morbi. Maximiani Eleg. III. 55. (Baehrens V.)

3. Perlege, quodecumque est. Quid epistola lecta nocebit?  
Te quoque in hac aliquid quod iuvet, esse potest. Ov. Her. III. 3 u. 4.  
Ante Iovem genitum terras habuisse feruntur  
Arcades, et luna gens prior illa fuit. Ov. Fast. II. 289 u. 290.  
Cum traheret silvas Orpheus et dura canendo  
Saxa, bis amissa coniuge maestus erat. Ov. Tr. IV. 1. 17 u. 18.  
Tu tamen amisso non numquam flebis amico:  
Fas est praeteritos semper amare viros. Prop. II. 12. 51 u. 52.  
In eute curanda plus aequo operata iuventus. Hor. E. I. 2. 29.  
Vivere naturae si convenienter oportet  
Ponendaeque domo quaerenda est area primum,  
Novistine locum potiorem rure beato? Hor. E. I. 10. 12—14.

1. Nascentes morimur, finisque ab origine pendet. Man. Astr. IV. 14.  
Non vixit male, qui natus moriensque sefellit. Hor. Ep. I. 17. 10.

(§ 283.)

- Primus ibi ante omnes, magna comitante caterva,  
Laocoön ardens summa decurrit ab arce. Verg. Aen. II. 40 u. 41.

Certe hinc Romanos olim, volventibus annis,  
Hinc fore ductores, revocato a sanguine Teucri,  
Pollicitus, quae te, genitor, sententia vertit? Verg. Aen. I. 234. 235 u. 237.  
Te dulcis coniunx, te solo in lito secum,  
Te veniente die, te decadente canebat. Verg. Georg. IV. 465 u. 466.  
Iamque sub extremum noctis fugientibus umbris  
Lux aderat somnusque suas confecrat horas. Sil. It. IV. 88 u. 89.  
Per varios usus artem experientia fecit,  
Exemplo monstrante viam. . . . . Man. Astr. I. 61 u. 62.  
Cunctaque fortuna rimam faciente dehiscunt. Ov. Trist. II. 85.  
Non ego, te facta divite, pauper ero. Ov. Amor. I. 8. 28.  
Uxor amans flentem flens acerius ipsa tenebat,  
Imbre per indignas usque cadente genas. Ov. Trist. I. 3. 17 u. 18.  
Sunt quae non possunt aliquo cogente iuberi. Ov. R. A. 741.  
Flectitur iratus voce rogante deus. Ov. Ars Am. I. 442.  
Messimis erat primis virides mortalibus herbae,  
Quas tellus nullo sollicitante dabat. Ov. Fast. IV. 395 u. 396.  
Tempora labuntur tacitisque senescimus annis,  
Et fugiunt freno non remorante dies. Ov. Fast. VI. 771 u. 772.  
Curia concilio nunc est dignissima tanto:  
De stipula Tatio regna tenente fuit. Ov. Ars. Am. III. 117 u. 118.  
Est deus in nobis, agitante calescimus illo. Ov. Fast. VI. 5.  
Lenior et melior fis accedente senecta? Hor. E. VI. 2. 11.  
Bis denis Phrygium conscendi navibus aequor  
Matre dea monstrante viam data fata secutus. Verg. Aen. I. 381 u. 382.  
Invidiam placare paras virtute relicta? Hor. S. II. 3. 13.  
Placato possum non miser esse deo. Ov. Trist. I. 3. 40.  
Aspera tum positis mitescent saecula bellis. Verg. Aen. I. 291.  
Amisso dubiae rege vagantur apes. Ov. Fast. III. 556.  
Conversis studiis aetas animusque virilis  
Quaerit opes et amicitias, inservit honori. Hor. ad Pis. 165 u. 166.  
Iudicis officium est, ut res, ita tempora rerum  
Quaerere, quaesito tempore tutis eris. Ov. Trist. I. 1. 37 u. 38.  
Vilice, da requiem terrae, semente peracta. Ov. Fast. I. 657.  
Turpe, reos empta miseros defendere lingua. Ov. Am. I. 10. 39.  
Aurum omnes victa iam pietate colunt. Prop. III. 13. 48.  
Singula quid referam? Nil non mortale tenemus  
Pectoris exceptis ingeniique bonis. Ov. Trist. III. 7. 43 u. 44.  
Vidi ego iactatas mota face crescere flamas,  
Et vidi nullo concutiente mori. Ov. Am. I. 2. 11. 12.  
Iuppiter ipse duas aequato examine lances  
Sustinet, et fata imponit diversa duorum. Verg. Aen. XII. 725 u. 726.  
Prima Ceres homine ad meliora alimenta vocato  
Mutavit glandes utiliore cibo. Ov. Fast. IV. 401 u. 402.  
Mobile sic sequitur fortunae lumina vulgus:  
Quae simul inducta nube teguntur, abit. Ov. Trist. I. 9. 13 u. 14.

2. Illum indignanti similem, similemque minanti  
Adspiceret, pontem auderet quia vellere Coelos,  
Et fluvium vincetis innaret Cloelia ruptis. Verg. Aen. VIII. 649—651.

3. Haec tibi dietabam post fanum putre Vacunae,  
Excepto quod non simul essem, cetera laetus. Hor. E. I. 10. 49 u. 50.  
Cuique ego narrabam secreti quidquid habebam,  
Excepto quod me perdidit, unus eras. Ov. Trist. III. 6. 11 u. 12.

(§ 284)

1. Nil desperandum Teucro duce et auspice Teucro. Hor. Od. I. 7. 27.

Ac ne forte roges, quo me duce, quo lare tuter:

Quo me cumque rapit tempestas, deferor hospes. Hor. E. I. 1. 13 u. 15.

Hac duce carpe vias et qua requieverit herba,

Moenia fac condas Boeotiaque illa vocato. Ov. M. III. 12 u. 13.

Ille potest auctore deo defendere vocem. Ov. M. XIII. 218.

Dis equidem auspiciibus reor et Iunone secunda

Hunc cursum Iliacas vento tenuisse carinas. Verg. Aen. IV. 45 u. 46.

Aurea prima sata est aetas, quae vindice nullo

Sponte sua, sine lege fidem rectumque colebat. Ov. M. I. 89 u. 90.

Deprendi miserum est; Fabio vel iudice vincam. Hor. S. I. 2. 134.

Iudice te mercede caret, per seque petenda est

Externis virtus incomitata bonis. Ov. ex Ponto II. 3. 35 u. 36.

Te duce magnificas Asiae perspeximus urbes. Ov. ex Ponto II. 10. 21.

Vidi ego: me quaequo teste negare potes? Prop. I. 13. 14.

Formica frigida expavere magistra. Iuv. VI. 260.

2. Difficilis, querulus, laudator temporis acti  
Se puer o, castigator censorque minorum. Hor. ad Pis. 173 u. 174.

Me sene, quod dicam, factum est. Anus improba Thebis

Ex testamento sic est elata: cadaver

Unctum oleo largo nudis humeris tulit heres. Hor. S. II. 5. 84—86.

Quam bene Saturno vivebant regi, priusquam

Tellus in longas est patefacta vias. Tib. I. 3. 35 u. 36.

Romanos bibimus primum te Consule fontes. Claud. Epist. 42. 13.

Tu vina Torquato move consule pressa meo. Hor. Ep. XIII. 6.

Non Bibulo quicquam nuper, sed Caesare factum est,

Nam Bibulo fieri consule nil memini. Suet. Caes. XX.

Fundos Aufidio Lusco praetore libenter

Linquimus, insani ridentes praeemia scribace. Hor. S. I. 5. 34 u. 35.

3. Tu nihil invita dices faciesque Minerva. Hor. ad Pis. 385.  
Heu nihil invitatis fas quemquam fidere divis! Verg. Aen. II. 402.

Ipsa suis licet hunc Latonia protegat armis,  
Invita tamen hunc perimet mea dextra Diana. Ov. M. VIII. 394 u. 495.  
Ille per insidias paene est mihi nuper ademptus,  
Dum parat invitis omnibus ire Pylon. Ov. Her. I. 99 u. 100.  
Nam genus hoc vivo iam decrescebat Homero. Iuv. XV. 69.  
Tristia Phylacidae Thersites funera vidit:  
Iamque cinis, vivis fratribus, Hector erat. Ov. Amor. II. 6. 41 u. 42.  
Est via sublimis, caelo manifesta sereno,  
Lactea nomen habet, candore notabilis ipso. Ov. M. I. 168 u. 168.  
Hinc tempestates dubio praediscere caelo  
Possumus, hinc messisque diem tempusque serendi. Verg. Georg. I. 252 u. 253.  
Est apibus rege incolumi mens omnibus una. Verg. Georg. IV. 212.  
Tranquillo silet, immotaque attollitur unda  
Campus et apricis statio gratissima mergis. Verg. Aen. V. 127 u. 128.  
Nil est, crede mihi, salvis infamia nummis. Iuv. I. 48.  
Productus testis, salvo tamen ante pudore,  
Quantumeumque potes, celato crimen amici. Cat. Dist. III. 3 u. 4.

Vom Gebrauch des Gerundiums. (§ 285.)

1. Parcendum est animo miserabile vulnus habenti. Ov. ex Ponto I. 5. 23.  
Utendum est aetate: cito pede labitur aetas. Ov. Ars Am. III. 65.  
At mihi perpetuo patria tellure carendum est. Ov. Trist. I. 5. 83.  
Insanit veteres statuas Damasippus emendo. Hor. S. II. 3. 64.  
Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci,  
Lectorem delectando pariterque monendo. Hor. ad Pis. 343 u. 344.  
Dixero quid si forte iocosius, hoc mihi iuris  
Cum venia dabis: insuevit pater optimus hoc me,  
Ut fugerem, exemplis vitiorum quaeque notando. Hor. S. I. 4. 104—106.  
Ius tibi fecisti numen caeleste videndi. Ov. Fast. VI. 23.  
Occidit Eurytion stulte data vina bibendo. Ov. Ars Am. I. 593.  
Pauperiem modico contentus semper amavi,  
Et rerum dominus nil cupiendo fui. Maximiani Eleg. I. 53 u. 54.

2. Me penes est unum vasti custodia mundi,  
Et ius vertendi cardinis omne meum est. Ov. Fast. I. 119 u. 120.  
Quid moror externis? etiam mihi saepe novandi est  
Corporis, o iuvenes, numero finita potestas. Ov. M. VIII. 879 u. 880.  
Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma  
Prosiluit dicenda. Forum putealque Libonis  
Mandabo siccis, adimam cantare severis. Hor. E. I. 19. 7. u. 8.  
In principatu commutando saepius  
Nil praeter domini nomen mutant pauperes. Phaedr. I. 15. 1 u. 2.  
Nunc locus arvorum ingeniis: quae robora cuique,  
Quis color, et quae sit rebus natura ferendis. Verg. Georg. II. 177 u. 178.

1. Vita data est utenda, data est sine faenore nobis  
Mutua nec certa persoluenda die. Pedo Alb. 369.

2. . . . . Pictoribus atque poetis  
Quidlibet audendi semper fuit aequa potestas. Hor. ad Pis. 9 u. 10.  
Sic mihi tarda fluunt ingrataque tempora, quae spem  
Consiliumque morantur agendi gnaviter id, quod  
Aequa pauperibus prodest, locupletibus aequa. Hor. E. I. 1. 23—25.

(§ 286.)

Di tibi divitias dederunt artemque fruendi. Hor. E. I. 4. 7.  
Immoritur studiis et amore senescit habendi. Hor. E. I. 7. 85.  
Nec nos ambitio nec amor nos tangit habendi. Ov. Ars Am. III. 541.  
Et quae tanta fuit Romam tibi causa videndi? Verg. Ecl. I. 27.  
Sunt quibus in solo vivendi causa palato est. Iuv. XI. 11.  
Summum crede nefas animam praeferre pudori,  
Et propter vitam vivendi perdere causas. Iuv. XIII. 83 u. 84.  
Quidquid eris — nam te nec sperant Tartara regem  
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido. Verg. Georg. I. 36 u. 37.  
Occurrunt animo pereundi mille figurae. Ov. Her. X. 81.  
Dispar vivendi ratio est, mors omnibus una. Cato. Mon. 3.  
Nulla est poscendi, nulla est reverentia dandi. Prop. III. 13. 13.  
Nunc illud tantum quaeram, meritone tibi sit  
Suspectum genus hoc scribendi. Sulcius acer  
Ambulat et Caprius, rauci male cumque libellis. Hor. E. I. 4. 64—66.  
Turpiter obticuit sublato iure nocendi. Hor. ad Pis. 284.  
Sed modus orandi qui sit, prius ordine dicam. Verg. Georg. IV. 437.  
Sit spes fallendi, miscebis sacra profanis. Hor. E. I. 16. 54.  
Nec tibi celandi spes sit peccare paranti,  
Est deus, occultos qui vetat esse dolos. Tib. I. 9. 23 u. 24.  
Rura quoque oblectant animos studiumque colendi. Ov. R. A. 169.  
Undique visendi studio Troiana iuventus  
Circumfusa ruit certantque illudere capto. Verg. Aen. II. 63 u. 64.  
Prosequitur Telamon studioque incautus eundi  
Pronus ab arborea cecidit radice retentus. Ov. M. VIII. 378 u. 379.  
Hinc tempestates dubio praediscere caelo  
Possumus, hinc messisque diem tempusque serendi. Verg. Georg. I. 36 u. 37.  
Stulte, quid est somnus, gelidae nisi mortis imago?  
Longa quiescendi tempora fata dabunt. Ov. Amor. I. 9. 41 u. 42.  
Quae laedunt oculum, festinas demere; siquid  
Est animum, differs curandi tempus in annum? Hor. E. I. 2. 37—39.  
At postquam eripui, cui standi vulnera vires  
Non dederant, nulla tardatus vulnere fugit. Ov. M. XIII. 80 u. 81.  
Nec grave vulnus erat, sed rupti vulnere nervi  
Deficiunt, motumque negant viresque volandi. Ov. M. XII. 567 u. 568.

Inque brevem formam, ne sit vis magna nocendi,  
Contrahit, parvaque minor mensura lacerta est. Ov. M. V. 457 u. 458.  
Tempore eredit amor, qui nunc est summus, habendi. Ov. Fast. I. 195.  
Me duce carpe viam. Pariter praecepta volandi  
Tradit et ignotas humeris accomodat alas. Ov. M. VIII. 208 u. 209.  
Multa renascentur, quae iam cecidere cadentque,  
Quae nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,  
Quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi. Hor. ad Pis. 71—73.  
Cavendi nulla est dimitenda occasio. Syr. Publ. 87.  
Nam si violandum est ius, regnandi gratia  
Violandum est; aliis rebus pietatem colas. Cic. de off. III. 21.  
Tunc consolandi gratia dixit dea. Phaedr. III. 18. 5.

1. Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram,  
Purpureoque alte suras vincire cothurno. Verg. Aen. I. 336 u. 337.  
Surgere iam tempus, iam pingues linquere mensas. Cat. 62. 3.  
Nunc est ira recens, nunc est discedere tempus. Prop. II. 5. 9.  
Quid dubitas? nunc tempus equos, nunc poscere currus. Verg. Aen. IX. 12.  
Dic age, nam cunctis eadem est audire voluntas? Ov. M. XII. 177.
  
2. Idem, qui facimus, factam tenuabimus iram,  
Copia placandi sit modo parva tui. Ov. Her. XIX. 73 u. 74.  
Parce, pater patriae, nec nominis immemor huius  
Olim placandi spem mihi tolle tui. Ov. Trist. II. 181 u. 182.

(§ 287.)

1. Quid tibi cum calathis? Clipeo manus apta ferendo est. Ov. Ars Am. I. 693.  
Viribus illa minor nec habendis utilis armis  
Consilio patriae saepe ferebat opem. Ov. Fast. V. 61 u. 62.  
Nec freta pressurus tumidos causabitur euros  
Aptaque verrendis sidera quaeret aquis. Ov. Am. I. 9. 13 u. 14.  
Sic animis natum inventumque poema iuvandis. Hor. ad Pis. 377.
  
2. Adulescens cum sis, te, cum est sanguis integer,  
Rei tuae quaerendae convenit operam dare. Plaut. Merc. II. 2. 17.
  
3. Cum dedit hinc aetas vires, onerique ferendo est,  
Ponderibus nisi ramos levat arboris altae. Ov. M. XV. 403 u. 404.

(§ 288.)

1. Sic ludus animo debet aliquando dari,  
Ad cogitandum melior ut redeat tibi. Phaedr. III. 15. 12 u. 13.  
Productus ad bibendum cum foret a molis,  
In circum aequales ire conspexit suos. Phaedr. VI. 19. 3 u. 4.